

6
2

D I S S E R T A T I O
INAUGURALIS JURIDICA
DE
I U R I B U S
EMINENTISSIMO, ARCHIEPISCOPO, PRIN-
CIPI, ELECTORI MOGUNTINO, INTUITU POSTA-
RUM IMPERIALIUM, QUA S. R. I. PER GERMANIAM
ARCHICANCELLARIO, TITULO PROTECTIONIS,
DIRECTIONIS, INSPECTIONIS ALIUNDEQUE
COMPETENTIBUS.

P 137
QUAM
ELUCUBRATUS EST,
AMICAEQUE ERUDITORUM DISQUISITIONI
submitte
AUGUSTINUS FRANCISCUS DE CUNIBERT
AUTHOR ET RESPONDENS.

CUM
IPSE ANNUENTE INCLYTA FACULTATE JURIDICA
IN ALMA UNIVERSITATE MOGUNTINA,
DOCTRINAE SUAE IN EADEM EX OMNI JURE HAUSTAE
PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE OBTINENDIS
HONORIBUS DOCTORALIBUS
PUBLICUM SPECIMEN DARET
Die XVII. Novembris MDCCCLXXXIV.

M O G U N T I A E,
Ex Typogr. Elect. Aul. Acad. privil. apud JOANN. JOSEPH. AL-
Hared. HAEFFNER.



131
INSTITUTIO INSTITUTIO

131
HISTORIA
SACRA
ANTICO TESTAMENTI
ET
NOSTRI TESTAMENTI
HISTORIA
AD
TOMMUS DE
PONTE
CENSORE
ET
EDITIONE
PROLATA
1510

131
ALLEGORIA
SCENARIA
ET
EDITIONE
PROLATA
1510

131
HISTORIA
SACRA
ANTICO TESTAMENTI
ET
NOSTRI TESTAMENTI
HISTORIA
AD
TOMMUS DE
PONTE
CENSORE
ET
EDITIONE
PROLATA
1510

131
HISTORIA
SACRA
ANTICO TESTAMENTI
ET
NOSTRI TESTAMENTI
HISTORIA
AD
TOMMUS DE
PONTE
CENSORE
ET
EDITIONE
PROLATA
1510

131
HISTORIA
SACRA
ANTICO TESTAMENTI
ET
NOSTRI TESTAMENTI
HISTORIA
AD
TOMMUS DE
PONTE
CENSORE
ET
EDITIONE
PROLATA
1510

131
HISTORIA
SACRA
ANTICO TESTAMENTI
ET
NOSTRI TESTAMENTI
HISTORIA
AD
TOMMUS DE
PONTE
CENSORE
ET
EDITIONE
PROLATA
1510

131
HISTORIA
SACRA
ANTICO TESTAMENTI
ET
NOSTRI TESTAMENTI
HISTORIA
AD
TOMMUS DE
PONTE
CENSORE
ET
EDITIONE
PROLATA
1510

131
HISTORIA
SACRA
ANTICO TESTAMENTI
ET
NOSTRI TESTAMENTI
HISTORIA
AD
TOMMUS DE
PONTE
CENSORE
ET
EDITIONE
PROLATA
1510

EMINENTISSIMO

AC

CELSISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

FREDERICO

CAROLO

JOSEPHO,

S. SEDIS MOGUNTINAE

ARCHIEPISCOPO

S. R. I. PER GERMANIAM

ARCHICANCELLARIO

ET

PRINCIPI ELECTORI

EPISCOPO AC PRINCIPI WORMATIENSI

DOMINO

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO



PRINCIPI
OPTIMO, PIENTISSIMO, SAPIENTISSIMO,
SUBDITORUM SUORUM PATRI AMANTISSIMO,
MERITIS IN UTRAMQUE REM PUBLICAM CELEBERRIMO
COMPLURIBUS TAM INSTITUTIS QUAM REFORMATIONIBUS
SALUBERRIMIS IMMORTALI,

C U J U S

*Auspiciis clementissimis restaurata
Musarum moguntinarum sedes letabunda hodie exultat,
Has qualiscunque eruditionis primitias
Pignus pietatis & amoris, id leve quidem, pignus tamen,
OMNI QUA DECET REVERENTIA ET SUBMISSIONE,*

ADNEXO

REGIMINIS AD SEROS USQUE SOLES FELICISSIME DURATURI
VOTO CANDIDISSIMO ET DEMISSISSIMO

DICAT, DEDICAT, CONSECRAT,
EMINENTISSIMI CELSISSIMIQUE NOMINIS

Cultor ad cineres usque devotissimus

servorumque infimus

AUGUSTINUS FRANCISCUS DE CUNIBERT
Author.



DISSERTATIO
INAUGURALIS JURIDICA,
SISTENS

JURA EMINENTISSIMO ARCHIEPISCOPO PRINCIPI ELECTORI MOGUN-
TINO, INTUITU POSTARUM IMPERIALIUM, QUA S. R. I. PER
GERMANIAM ARCHICANCELLARIO TITULO PROTECTIONIS, DI-
RECTIONIS, INSPECTIONIS, ALIUNDEQUE COMPETENTIA,

PRO E M I U M.

Præminentia sanctæ Sedis Moguntinæ, ejusdemque Eminentissimi Archipræfulis Principis Electoris jura præcipua ac prærogativæ, quibus inter cæteros Imperii Electores & Principes eminet, tanta sunt, tamque immensa, ut post tot prope innumera Eruditorum scripta, præcellentiam hanc deprædicantia, non pauca tamen adhuc supersint, quæ vel omnino non, vel fal-

A tem

TUTIO

= = = = =

tem non condigne sunt pertractata. Delibarunt ea generaliter specialibus lucubrationibus FRIDER. GREGOR. LAUTENSACK, (a) JOAN. FERD. ANDR. LAMMERZ (b) & MART. IGNAT. WOLFFTER (c) quorum meritis & laudi debita nihil detractum volo. Interim ubiores fructus parare mihi videntur scripta illa, quæ ex multisimo hoc jurium & prærogativarum campo unum alterumve speciale feligunt, illudque penitus rimantur. Hac opinione ductus, cum dissertatio inauguralis mihi conscribenda esset, sélégi thème de *juribus Eminentissimo Archiepiscopo Principi Electori Moguntino intuitu postarum imperialium, quæ S. R. I. per Germaniam Archicancellaria, titulo protectionis, directionis, inspectionis, aliundeque competentibus.* Ratio hoc thème præ alis feligendi mihi fuit, eo quod viderem, hoc jus præcipuum Eminentissimi Archipræsulis Moguntini necdum speciali quadam commentatione esse elucidatum. Hoc ipsum autem mihi, qui primitias laborum meorum orbi litterato ofero, lectoris haud iniqui veniam conciliabit, si universum hoc argumentum pro dignitate & amplitudine sua non pertractavero. Conatus mei, aliis, quorū humeri ejusmodi labores minus recusant, incitamento sint, ea, quæ a me prætermissa sunt, supplendi, atque errata emendandi. Interim hoc argumentum ita sum pertracturus, ut jura, quæ proxime ex Archicancellariatu fluunt, *in capite primo*, quæ ex jure protectionis, *in secundo*, quæ ex jure directionis, *in tertio*, quæ ex jure inspectio-*nis, in quarto*, & quæ denique ex aliis titulis legitimis nascuntur, *in quinto* referantur, & enucleentur.

(a) In oratione de singularibus iuribus & prærogatiis Eminentissimi Electoris Moguntini, præ reliquis Imperii Electoribus ac Principibus. Erford. 1710.

(b) In Dissert. de præminentia sedis Moguntina, ejusdem Eminentissimi Archipræsulis Principis Electoris præminentibus ac singularibus iuribus & prærogatiis. Erford. 1731. Exstat in Antonii Schmidt Thesauro juris ecclesiastici Tom. II. Nro. II.

(c) In Diss. de primatu sedis Moguntina, hisque singularibus iuribus & prærogatiis in Imp. Rom. Germ. Giesse 1737.

CAPUT

C A P U T . I.

SISTENS JURA, QUÆ EMINENTISSIMO ARCHIEPIS-
COPO ET PRINCIPI ELECTORI MOGUNTINO INTUI-
TU POSTARUM IMPERIALIUM, QUA S. R. I. PER
GERMANIAM ARCHICANCELLARIO
COMPETUNT.

§. I.

Archicancellariatus Moguntini amplitudo.

Ea est Archicancellariatus Moguntini amplitudo, ut licet Eminentissimi Archiepiscopi & Principes Electores Coloniensis & Trevirensis adhuc hodie titulis Archicancellariorum per Italiam, Galliam & Regnum Arelatense præfulgeant, tamen Archipræfūl Moguntinus omne id, quod ab Archicancellariatus officio in negotiis publicis expediendum dependet, tam per Galliam, Belgicam, ac Regnum Arelatense, quam quoad varia feuda Imperii in Italia sita, quatenus scilicet exiguae horum regnorum partes se legibus Imperii nostri obstrictas profiteri coguntur, ex diuturna Imperii consuetudine, in hodiernum usque diem solus peragat, ita ut vix alterius in' praxi hodierna tum in Aula Cæsarea, binisque Imperii Archidiocasteriis, tum in Comitiis, quam Moguntini Archicancellariatus effectus observetur (a); præcipue cum haec Electoris Moguntini Archicancellariatus dignitas se ad ipsorum adeo Coloniensis & Trevirensis Archiepiscoporum ditiones & territoria extendat, huius in propriis suis regionibus Archicancellariatus officio hand polleant (b), imo ipse Imperator Moguntinum in Archicancellariatus sui exercitio turbare aut modum ac regulam exercendi usum praescribere haud possit (c).

(a) Jo. Mich. Wagner. *Dissert. de Archicancellariatu ac directorio in Comitiis Imperii Eminentissimo Archiepiscopo Principi Electori Moguntino competentibus.* Erford. 1746. §. 7. Pfeffinger ad Vitriar. lib. III. Tit. X. N. 2. pag. 704. Christ. Frid. Ayrmann. *Commentatio de Archicancellariorum S. R. I. originalibus genuinis* pag. 14. Jo. Steph. Pütter. *Institut. juris publici Germ.* Liv. II. Cap. I. §. 67. Benedictus Schmidt in Progr. de punctis Comitilogicis & sigillatim de directorio Imperii Moguntino. Idem in principiis juris publici German. §. 106. Burc. Gotthelf Struv in Corp. jur. publ. Cap. 9. §. 18. Henr. Godfr. Scheidemantel *Repertorium des deutschen Stats- und Lehnrechts voce Erzkanzler* §. 12. *Copf.* etiam Capit. *caesar.* Art. XXV. §. 4.

(b) Coccej. *jur. publ. prud.* Cap. 10. §. 9. Boecler *Natit. Imperii Lib.* 8. C. 5. Lammerz in *Dissert. cit.* Cap. II. §. 12. Moser (Joh. Jacob) *Grundriss der heutigen Staatsverfassung des deutschen Reichs* pag. 185. §. 3.

(c) *Vid. præter Capitulationes Leopoldi art. 42. Josephi I. art. 41. Caroli VI. art. 13 & 24. Capitulatio Imperatoris gloriissime modo regnantis Josephi II. art. 13. §. 6. in verbis. "Wir sollen und wollen auch obemelditem Kurfürsten zu Mainz &c. keinen Einhalt thun, noch sonst in dem Kur-Mainz-schen Erzkanz- lariat, und Reichsdirectorio Ziel und Maas geben.,,*

§. II.

Archicancellariatus est fons jurium intuitu postarum Imperii competentium.

Splendidissima hæc Archicancellariatus dignitas Eminentissimo Principi Electori Moguntino competens, sicut probabiliter adquirendæ dignitati Electorali occasionem dedit; uti vél inde colligere primum est, quod Eminentissimi Electores in titulorum suorum ferie, ARCHICANCELLARII titulum ELECTORALI in hodiernum usque diem præponere soleant, ita certum est, ex hac dignitate tanquam ex oceano omnes eas, queis præ requis Imperii Principibus præfulget, præminentias & jura singularia, rivulorum instar profluere. Ut mihi hic fecit venerandus senex JOANNES FERDIN. ADR. DE LAMMERZ Eminentissimi ac Celsissimi Principis Electoris Moguntini Consiliarius Aulicus & Regiminis, Archivarius, J. U.

U. D. & Comes Palatinus Cæsareus (a) ad quem, uti & Encyclopædiam Germanicam (deutsche Encyclopædie) (b) quæ omnia hæc jura in summario conspectu exhibet, ne actum agam, lectorum benevolum ablego. Et fane, ni me fallunt omnia, in hac ipsa etiam præminente Archicancellariatus dignitate, connexisque cum ea iuribus & officiis, omnia ea, quæ Eminentissimo Archipræfulti Moguntino intuitu postarum Imperialium jura competunt, nituntur, radicantur (c).

(a) In eruditissima Diffr. jam cit. Cap. II. §. 14. sq.

(b) Tom. I. voce. Archicancellarius pag. 722.

(c) V. Ludewig ad Ann. Bull. Tom. II. pag. 651. Joh. Kleinii Commendatio de prerogativis Principum S. R. I. Cap. III. §. 16. pag. 85.

§. III.

Probatur ex dignitate Archicancellariatus.

In ipsâ luce cœcutire mihi videtur, quisquis jura Eminentissimo Archipræfulti & Principi Electori Moguntino intuitu postarum Imperialium competentia ex privilegio quodam singulari aut coniuetudine derivare conatur; certum potius, indubitatumque habeo, ea ex ipsa idea Archicancellariatus profluere, cumque eo indispensabiliter esse connexa. Non lubet hic de Archicancellariis Imperii centies jam dicta denuo recouere (a). Mihi ad scopum, quem intendo, sufficit, Archicancellarium, id est, Cancellarium per excellentiam sic dictum, eoquod alium sub se habeat, vices suas gerentem (b) de summa maiestate & potestate Principis suo modo participare, eamque sibi certa ratione communem habere, quandoquidem five ad gratiæ, five ad justitiæ signaturam res tractandæ & expediendæ veniant, five vocis, five calamis ministerium requirant, five denique privatorum causas, five publicæ salutis curam concernant, ad Cancellarium eatur, ad illius directorium & causæ & personæ ablegentur, regimini præfit, ac consilia status Domini sui vice moderetur & dirigat, operam navet, ne

A 3 quid



quid aut contra prudentiam peccetur, aut contra iustitiam committatur, ut consultanda recte proponantur, proposita debite definitur, & definita fideliter executioni mandentur. Atque inde est, quod literas ac diplomata subscribat, hoc enim modo boni Principes quasi frœnum quoddam potestatis suæ esse volvere, ut quæcumque suo nomine scriberentur, ne fors, quæ non concedenda, importunis flagitatoribus tribuant, aut quidquam contra leges, æquitatem, pietatem aut reipublica commodum indulgeant, antea a Cancellariis recognoscantur, diligentissime pervideantur, ac recognita & adprobata subscribantur, subsignentur (c). Quodsi igitur dignitas munieris Archicancellarii ample adeo pateat, necesse est fateri, eam quoque ad institutum Postarum in S. R. Imperio, cum hoc illustrem admodum partem juris politiæ Germanicæ constituat (d) sese extendere.

(a) Potiora hujus argumenti scripta W enkerus utilissimo instituto coligit & editit sub titulo *Collecta Archivi & Cancellarie iura*, quibus accidunt de Archicancellariis, Vicecancellaris, Cancellariis & Secretariis viorum clarissimorum commendationes, quas ipse præclaris observationibus passim illustravit.

(b) Kirchnerus de dignitate & officio Cancellarii Lib. I, Cap. 3.

(c) Philip. Adam Ulrich discursus historico-juridicus de Archicancellarii & pri-
matu S. R. I. Principis Abbatis Euidensis pag. 6, sq. Videantur leges Palatina Ja-
cobi II. apud Papenbrochium Tit. de officio Cancellarii in verbis: "quia majestas re-
,, gia gradu eximio sublimatur & plerumque erga magna negotia agitur, meri-
,, to literæ ab eadem procedentes sunt excellentis viri judicio corrigenda & ad for-
,, manum juris rationique congruam reducenda. — Si literæ quædam injustæ, vel
,, quoque modo incongrue arbitrio Cancellarii censeantur, recusat tales literas si-
,, gillo nostro communire, nisi secunda jussio nostra ex certa scientia fuerit sub-
,, seuta."

(d) Moser von Reichstagsgeschäften pag. 1366, seq.


§. IV.

§. IV.

Probatur ex munere Archicancellarii.

Nec minus natura muneris Archicancellarii exposcit, Eminentissimo Archiepiscopo Moguntino ea jura, que actu intuitu postarum Imperii exercet, competere. Indubitatum est, Archicancellarius Moguntini munus ad omnia, & quæcunque momentosa Imperii negotia se porrigure (a). Certum quoque est, Archicancellarius muneri Cancellariarum Imperialis Aulicæ, Comitialis & Cameralis curam, custodiām, constitutionem & inspectionem ab ipsis Imperatoribus reliquam esse (b). Cum ergo ad Cancellarias pertineat, ut omnia ea, quæ nomine Imperatoris & Imperii in causis & negotiis Imperii publicis, status, iustitiae & gratiae, ecclesiasticis & politicis, internis & externis, potissimum in scriptis expedienda sunt, expediant, & eo, quo transmittenda sunt, transmitti current; isthac autem transmissio secure & comode fieri non possit, nisi postea Imperii Germanici generales quæ jure Majestatico ad expediendos cursus publicos in publicam Imperatoris & Imperii utilitatem ordinatae sunt, modo debito sint constituta; prono fluit alveo, ad Eminentissimum Archicancellarium etiam curam, inspectionem & directionem postarum tanquam medii ad finem obtinendum necessarii eo magis pertinere, quo certius est, teste glorioissimæ memoriae Imperatore Matthia (c) Imperatoris & Imperii, omniumque illius Electorum, Principum, cæterorumque statuum, ac membrorum maxime interesse, rem cursoriam salvam esse, & ex ejus neglectu tricas atque molestias propollulare gravissimas (d). Hac ipsa ratione muneris sui partes contra varios ausus Comitiis de Taxis digna tanto Principe strenuate defendit Eminentissimus Elector Moguntinus GEORGIVS FREDERICUS in literis 14 Decemb. 1627 ad Imperatorem Ferdinandum II. scriptis, quas in extractu legere non injucundum erit, ideoque Dissertationi meæ sub No. I. accedunt,

(a)



- (a) H. G. Scheldemantel *Repertorium des deutschen Stats - und Lehnrechts.* Lips. 1782. Tom. I. voce Erzkanzler §. II.
- (b) Christian. Godofr. Hoffmann, *Prima linea juris publici germ, de cancellaria imperiali aulica.* Tübing. 1778. pag. 6.
- (c) In Mandato Praga Anno 1616, dato in verbis. "Euch ist ohne weitläufige Erinnerung „obnverborger, wie merklich viel uns und dem H. Reich, auch allen desselben Kur-, „fürsten, Fürsten, Ständen und Mitgliedern, an ordentlich und richtiger Bestell- und Er-„haltung des allgemeinen Postwesens gelegen sei, was auch hergogen darüber nicht geüb-„liche Handhabung erfolgt, je zu Zeiten Beschnuer- und Ungelegenheiten entstehen &c."
- (d) Inde in regula cuiilibet Cancellariæ etiam adnexa esse solet directio cursus publici die Bottemeijkeri, Cancellario, vel illi, qui ejus vices gerit subordinata. Ad Cancellarias Imperii non minus pertinebat ejusdem generis directio rei cursoriorum, quo Archicancellario Imperii vel ejus vicariis similiter subordinata erat. Formam per antiquæ hujus constitutionis Camera Imperialis in hodiernum usque diem servavit; suprema ibi in nuntios inspeccio & cura non solum duobus affectibus ad eosdem deputatis est commissa, sed in specie quoque, ut nuntii eorum officio continuo satisficiant, constituantur tam deputatus nuntiorum, qui semper est director Cancellarie, Kanzleiverwalter, quam nuntiorum Magister, qui vocatur Bottemeister, de quibus plura videri possunt apud Taffin gerum in Institut. Jurispr. Camer. Tom. I. §. 251. pag. 500. Eadem constitutio obtinuit olim apud Cancellariam Imperii Aulicam; Vicecancellarius Imperii erat deputatus perpetuus nuntiorum, illiusque directorio, dependenter tamen ab Archicancellario Imperii res cursoriorum erat subordinata. Hodie vero forma hæc antiqua apud Cancellariam aulicam prolsus est mutata, & in ejus locum posta imperialestanquam surrogatum sunt introductæ. Sic patent jura Archicancellarii antiqua in surrogato saltē continata & ex juris analogia necessario continuanda esse.

§. V.

Ulterius confirmatur.

Neque obmoveri mihi patior, meum hoc ratiocinium ex proprio propugnatum esse cerebro; nam eadem mecum sensa, utpote naturæ rei superstructa & in conceptu Archicancellariatus essentiali fundata, veneranda jam vovit antiquitas. Testimonium omni exceptione majus perhibent Leges Palatinæ Jacobi Regis de Anno

1340

9

1346, (a), quæ sanciunt, "Cancellarium sollicitum esse debere de
,, omnibus, quæ ad Cancellariam Regis aliquatenus pertinere
dignoscuntur „ eisubesse Vicecancellarium, scriptores Cancellariæ,
directores conscientiæ Regiæ, Confessores, Sacerdotes ad Capellam
deputatos, Scholares Capellæ, Elemosynarios & CURSORES (b) &c.
Quid Itculentius in rem meam adferri potest? Quid postæ Imperiales
sunt aliud, quam quod in his Legibus Palatinis Cursorum
nomine indigitatur?

(a) Extant in Danielis Papebrochii Actis sanctorum, mense Junie. Tom. III.
pag. 490 - 60.

(b) In verbis "Cursorum munus quam sit necessarium, nemo cembigit. Cum enim Principes
,, ad diversas mundi partes habeant literas suas dirigere, & quam plurima negotia nur-
,, tiare, quo forte celebritatem exigunt, convenit, ut illi, qui current, alii celerius
,, præmissi debeat explicare. Ordinamus itaque, quod Cursores sint ordinarie in curia
,, nostra oculo, qui literas nostras mittendas portare debeat, praecaventes, quod a domi-
,, nis, quibus mittuntur, nihil petant, debent insuper obedire nostris Cancellario &
Vicecancellario.

§. VI.

Deducitur ex ipsa Matthiæ Imperatoris agnitione.

Aft quid opus ratiociniis insistere & ex longinquo argumenta congerere, ubi proffant documenta omni scepticismo superiora? Luculentius certe nihil in hanc rem adferri potest, quam litteræ Matthiæ Imperatoris gloriofissimæ memoriarum, de dato 12 Augusti A. 1614. ad Electorem moguntinum Joannem Schwickerdum ea occasione, dum Lamoral de Taxis Imperatori pro officio Magistri postarum generalis per S. R. Imperium sibi, suisque descendantibus in perpetuum & jure hereditario concedendo supplicavit, exaratæ, in quibus Imperator his verbis Moguntini consilium exquirit: *Obwohl Uns nun erstgenanntes von Taxis und dessen Voreltern angezogene dem heiligen Reich und unserm lóblichen Hauß Oestreich, von vielen Jahren erwiesene angenemb, getreu, willig und*

B

= = = = =

und unverdrossene Dienst zum Theil nicht unbekannt, jedoch, weit vorangedeutes unterthäufigste Suchen an sich selber eine große Wichtigkeit auf sich trägt, und wir D. L. als des heiligen Reichs durch Germanien Erzkanzler dem obangerégtes Reichspostwesen anhängig, vor allen Dingen darüber zu vernehmen, für eine Nothdurft erachten &c. Nimis magni momentū hoc documentū mihi videtur, quam ut dubitare possum, num ingrata fons benevolo lectori operam navem, si hæc litteras in toto suo contextū ex autographo à me descriptas calci Dissertationis mæ sub No II. adjiciam. Constat igitur, quod nullus celeberrimorum Juris Publici Doctorum, quantum ego scio, ante me præstít (a), ex ipsius Imperatoris ore, & quidem ante litteras a Moguntino ad Imperatorem 27. Julii 1627 scriptas, ab Archicancellariatu moguntino institutum postarum Imperialium dependere, atque in gravioribus illud concernentibus negotiis ejus causam agi. Innumeræ alia imperatorum ejusdem tenoris litteræ allegari possent, nisi mihi dissertationis academicæ limites non excessu properandum esset. Exempli loco unice provoco ad litteras Ferdinandi II. Imperatoris de die 27 Septembri 1624 & 19 Octobris 1626 ad Electorem moguntinum scriptas: in prioribus hæc verba leguntur: „Weil „ das Generalpostmeisteramt ohne daß unter das Erzkancellariat „ gehörig, in posterioribus: So ersuchen wir Euer Liebden, „ Sie wollen kraft der oträgenden Erzkanzleramts und habenden Pro- „ tection und Schutzgerechtsame über das Postregal an jedem Ort &c. „ item & Ferdinand. III. Vinzenz 12 Augusti 1637 & Praga 23 Mar- „ tii 1649 datas in verbis: „ und dieser Postwesen ein allgemein „ nütziges Werk ist, wobei zuvorderst aber Euer Liebden in Kraft „ obhabenden dessen Protectorii ein hohes Interesse haben.

Ne umbra quidem dubii igitur supereſſe potest, Archicancellariatum fontem esse jurium omnium Eminentissimo Archipræfatu moguntino intuitu postarum Imperialium competentium.

(a) Omnes passim juris publici Doctores, inter quos allegasse sufficiat Ludovicum ab Hoernik in Tr. de regali postarum iure pag. 75. Pfeffingerum ad Vitiarium Tom. III. pag. 707 Beckmannum in discursu de postis sect. 4. §. 1. Buderum in repertorio jur. publ. & fidel. voce Postrecht §. 7. L. B. de Zois in der

der Abhandlung, wie im heiligen römischen Reich das Postwesen einzurichten sei pag. VI.
 extat in Christoph Cramer Abhandlungen aus dem deutschen Stadtrecht No. 4.
 Joann Christian Mayer deutsches weltliches Stadtrecht Tom III. pag. 193. iu-
 ra Electoris Moguntini circa Postas Imperiales ex litteris Moguntinis ad Imperato-
 forem, quibus alii diem 12mam Maii 1623, alii 27mam Maji, alii 27mam Julii
 1627 assignant, tanquam fonte erunt, sed hi ipsius Imperatoris litteris convin-
 centur, Moguntinos non indigere probatione ex propria domo petitas fallitur pro-
 inde Author der Statthalterialien sten Stück 1784 in der Abhandlung vom
 Ursprunge und Geschichte der deutschen Posten &c. dum pag. 577. scribit: von der
 Schutzge rechtigkeit und Hoheit des Kurfürsten von Mainz über die Reichsposten findet
 man in dem Taxischen Reverso von 1615 den allerersten urkundlichen Beweis.

§. VII.

Continuator.

Integrum mihi conscribendum foret volumen, si omnia ea instru-
 menta & litteras, quae insignia jura Eminentissimo Archipræfatu
 moguntino, qua Archicancellario ratione postarum Imperialium com-
 petentia probantur, & in ipsis primorum Imperii statuum literis
 agnoscantur, prælo subjecere vellem.

Quarundam tantum compendium exhibeo, quae evincetur,
 Eminentissimos Archipræfatus moguntinos vi Archicancellariatus
 fui, sibi modo inspectionis, modo directionis jura in postas Imperia-
 les, prout nempe natura negotii id exigebat, vindicasse. Jam
 Anno 1615 Elector Joannes Schwikkardus in litteris ad S. R. J. Vice-
 cancellarium Roma Maii scriptis jure Archicancellariatus intuitu po-
 starum ipsi adeo consuetudini submixa asserit, ut patet ex verbis:
 „Dieweil vermög solcher Ihrer Kaiserlichen Majestät allernädig-
 „sten Erklärung auch des kündlichen notorischen Herkommens bemeld-
 „tes Postwesen dem Erzkanzleriat unstrittig anhängig &c.“ idem
 ipse Eminentissimus Elector modo directionis, modo iuspectionis
 jura urgebat, ut comprobant ejus literæ ad Imperatorem die 19
 Martii 1623 & die 20 Novembr. 1624 tam ad imperatorem, quam ad
 Electorem Colonensem, civitatemque colonensem scriptæ. Prio-

= = = = =

rum tener hic est. „ Ich auch ratione officii als Erzkanzler in Germanien bei dem die Direction des Postwesen beiehet, nicht wenig interessirt bin, „ in posterioribus his verbis utitur: „ Und daben Uns in unjer und unjers Erzstifts vornehmstes Regal das Erz-Kanzlariatamt, und demselben anhängige Inspection über das Postwesen freuentlich von bemeldtem Hennot eingegriffen wird.

§. VIII.

*Jura Specialia Archicancellariatus moguntini
intuitu postarum imperialium & quidem:*

1) Juramentum Moguntino praefundum.

Déduxi, ut puto, quantum angusti dissertationis academicæ fines patiuntur satis & abunde, Archicancellariatum esse fontem jurium intuitu postarum Imperii Eminentissimo Archipræsuli moguntino competentium, hæcquæ potissimum in jure protectionis, directionis & inspectionis, prout non tantum ex natura rei ipsius, sed etiam ex literis Ferdinandi II. & III. Imp. & Joannis Schwickardi Electoris moguntini in §. 6. & 7 prolatis illucefecit, consistere. Restat adhuc, ut ostendam, quænam jura celerrimi Archicancellarii intuitu postarum Imperialium exercenda propius ex Archicancellariatu, tanquam ex causa proximiora, quam ex jure protectionis directionis & inspectionis, licet etiam ex his inferri possent, promanent. Atque hoc in primis refero, quod superiores postarum præfecti, quando munieris sibi concreti administrationem actualem suscipiunt, Eminentissimo Archicancellario speciali juramento obstringantur. Certe si constitutus ab Electore moguntino qua Archicancellario, Vicecancelarius, ut & reliqui, qui in Cancellaria sunt, ministri, Moguntino sacramento adstringantur (a) ex rationis si non majoritate, saltem idenditate, etiam postarum officiales, ipse quid? quod per S. R. I. Magister postarum generalis, si Eminentissimo Electori moguntino hoc jus meræ facultatis urgere luberet, prout id ipsum ab eo olim præstitum adposite omnino observante el. Jo. Ch. Majero (b) & a pientissimæ memoriae Electore Georgio Friderico (c) ursum fuit,

vin-

vinculo jūramenti obstringantur necesse est. Agnovere etiam suām
hanc obligationem superiores postarum officiales jam ab ipsis instituti
postarum incunabulis, cuius rei exempla ex temporibus anti-
quioribus, utpote rem magis illustrantia, propter sui raritatem
jucundiora & de primis originibus erudiantia, subjeciam. Jam
Anno 1615, eo ipso anno, quo Lamoral Baro de Tassis officio
Magistri postarum generalis per S. R. Imp. ab Imperatore Matthia
solemniter investitus est (d) postea administrator francofurtensis
Joannes von der Birgden teste protocollo moguntino, cuius extrac-
tum sub No. 3. adnecto, sacramentum soleinne coram Comissione
ab Electore denominata, praslit. Eadem jūramenti fide, testi-
bus protocollis moguntiniis quorum extractum quod Essentialia
adjuncta sub N. 4 & 5 exhibent 11ma Martii A. 1628 Aschaffen-
burgi coram commisione Electorali, Gerhardus Vrintz Bruxellis,
Francofurtum ad administrandam pro tempore postam vocatus,
præsente Juriū Licentiatō cognomine Schlecht Magistri postarum
generalis mandatario, se devinxit. Pari vinculo se devovit Anno
1616 Joannes Sieber postarum Magister lipsiensis (e.) Filum abrum-
po, ne plura ejusdem generis exempla accumulando, opusculum hoc
in fastidiosam molem excrecat.

(a) Vide Reichskanzleiordnung de an. 1559, §. und soll gedachter &c. item, daß Er zu-
forderst dem Kaiser als dem Herrn, und dann dem Churfürsten zu Mainz als Erzkanz-
lein, getreu, gehorsam und gewährig seyn solle &c. Formula juramenti extat apud
Lunigium Part. gener. des Reichsarchivs par. 329. § in der Reichskanzleiord-
nung Maximiliani II de an. 1770 in Schmaußi zw. publ. pag. 278. Joannis Klei-
nius Coment. de prærogativis Principum S. R. I. pag. 73. Pfeffinger ad Vi-
trarium Tom. III. pag. 706. §. 4. Philip Eberhard Zech Schediasma
de origine, inde, fatis, atque iuribus primatum Germania, eorumque maxime
tanquam Archicancelliariorum ad negotia Imperii concursu Cap. III. §. 9. pag. 80.

(b) In dem deutschen weltlichen Statsrecht III. Band pag. 193. in verbis: "Diesem in
solcher Hinsicht geschehenen Auftrag zufolge, mußte also der Generalreichspostmeister
selbst dem Kurfürsten zu Mainz einen besondern Eid der Treue schwören, die ihm nach-
geordnete Postbeamten wurden von diesem letztern meist ernannt, und noch besonders in
Pflicht genommen."

(c)

(c) Testibus litteris 14 Octobr. 1627. ad Imperatorem datis, quarum extra domum sub No. I. in fine adjunxi, in verbis: "dass oftgedachter Taxis nicht allein vor sich selbst in meiner Verpflichtung stehe &c.

(d) Apud Schmaußum pag. 716. seq.

(e) Comprobat id ejus supplica 15 Octobr. Anno 1630. Electori Moguntino Anselmo Casimiro exhibita, tenoris sequentis. "Euer Churfürstlichen Gnaden bitte ich unter
 „thänigk, Dieselben geruben gnädigst sich von mir geborsamt erinnern zu lassen, dass
 „von Euer Churfürstlichen Gnaden Hochgeehrtem Herrn Vorfabrem Herrn Jobann
 „Schwickarden Churfürsten hochseligsten Andenkens, ich im 1616 Jahr zum Post-
 „meister alhier in Leipzig bin bestellt und dazu vereidet werden &c. und
 „dann dasselbe auf Euer Churfürstl. Gnaden, als des H. R. Reichs Canzlers Verord-
 „nung und Direction berubet, massen ich dann jederzeit auch von Churfürstl. Durch-
 „laucht zu Sachsen, meinem gnädigsten Churfürsten und Herrn, in Sachen das Post-
 „wesen betreffend an Euer Churfürstliche Gnaden böchsiggeehrten Vorfabrem am Chur-
 „fürstenthum gnädigst bin verwiesen worden &c.

§. IX.

2) Quod sine Moguntino circa postas imperiales nil ordinari.

Inter jura ex Archicancellariatu moguntino nascentia & hoc citra subtiliorem ratiocinationem referendum est, quod circa Institutum postarum Imperialium nihil omnino, quod alicujus momenti est, nequidem ab Imperatore ipso, quin prævia cum E lectore moguntino communicatio facta, ejusque consilium petitum & auditum fuerit, suscipi atque cum effectu expediri possit. Quodsi enim Archicancellariatu moguntino directio, inspectio & protectio postarum Imperialium ex natura sua cohæreat (§. 3 & 4) atque ipsum adeo, supremum Imperii Caput in Capitulationibus (in §. 1 not. c.) allegatis spoponderit, se Electorem moguntinum in iurium suorum exercitio nullatenus turbaturum, neque in Archicancellariatus sui functi onibus positurum, prona fuit consequentia, nihil circa postas Imperiales seclusa communicatione consilio cum Electore Moguntino facta, valide ordinari aut determinari posse. Ex variis in

in ulteriore hujs confirmationem prostantibus documentis, sufficiant litera ab Imperatore Ferdinando III. ad Electorem Moguntinum Anselmum Casimirum Viennæ 28 Martii A 1639. scripta, quarum tenor: „Nun ist Uns gnugsam bewußt wie weit sich unsre investitura über das Postregal im Reich erstrecket, und daß dasjenige was der Cardinal Legat seiner vorgewandten Freiheit halber fucht, ein Sach von großer Consequenz ist, &c. Ehe und bevor wir uns aber eines gewissen hierüber entschließen wollen, haben wir eine Nothdurft zu sein erachtet, mit D. Liebden als Erzkanzler des heiligen Reichs, hirrinnen communication zu pflegen, mit dem freundtgändlichen Gesinnen, Sie wollen uns hierüber Dero Gedanken und Gemüths Meynung mit dem ehigstem gehorsamlich eröffnen und zukommen lassen. &c. Veritatis, quæ evincenda fuit, testis est nulla exceptione refellendus. In ulteriore confirmationem adhuc serviuunt literæ a postarum Magistro von der Birgden A. 1619. ad Electorem Moguntinum datae, queis Jus ex parte Moguntini & obligationem ex parte sua palam profitetur. (a)

(a) In verbis: „Demnach durch die noch wehrende Unruhe in Böhemb die Posten von Praggar in A gang kommen, seither aber eine Post von Prag auf Amberg gelegt worden, mit welcher Gelegenheit die aus Niederland kommende und andere Postbrief bisher bestellt werden müssen. hiertwach aber die Nürnberger, Prager Botter mächtig befördert werden, und allen Postnutzen zu sich bringen, als schreibt der Postmeister zu Prag mir, Jure Gn. der Herr General sollte seine Post von Nürnberg bis Amberg (weilen es unter Dero Generalat begriffen) befiehlen, oder Sie müßten es nothwendig anordnen, welches Ihrer Gn. dem Herrn General untertheng berichtet, in Erwegung, daß wann Ihre Gn. von Dero Generalat etwas begeben sollten, es biernigst zu mechtigen prejudiz und böser Consequenz gereichen würde &c. Nun befinden aber Ihr Gn. der Herr General für die höchste Nothdurft in diesem Particular ohne E. Churf. Gn. gnädigsten Vorbewußt, wie es auch an sich selbst billig, nichts vorzunehmen; als gelangt an E. Churfürstl. Gnaden im Nahmen Hochgedachten Herrn Generals meine unterthängste pitte, Dero selben Gnädigste Résolution, ob man sich in diesem etwas, und wie viel einlassen kann, hierüber gne-

§. X.

§. X.

3) *Nulla conventio iniri possit.*

Atque hoc ipsum ex Archicancellariatu Moguntino prōgnatum jus, vi cuius posthabito ejus consilio & consensu intuitu postarum Imperialium, nihil majoris momenti cum effectu juris suscipi potest, adeo est fundatum, ut initæ a S.R.I. Magistro postarum generali conventiones quatenus vel Imperii vel Archicancellarii aliorumve statuum præjudicium subversatur, robore & firmitate destituantur. Jam ante centum & quod excurrit annos eadem sensa fuit, & declaravit Collegium Electorale in dem Kollegiatgutachten vom 12ten Juni 1641 (a) in verbis: „*Wir vernehmen zwar äußerlich, ob sollte gegen Euer kaiserliche Majestät die Frau Gräfin von Taxis, oder vielmehr ihr abgelebter Eheherr, in dem von sich gegebenen Revers etwas mehreres als sich gebühret, und dem Reichspostamt nachtheilig erklärêt haben, es halten aber unser gnädigste Chur-Fürsten und Herrn beständig davor, daß durch solchen Revers, da es auch geschehen wäre, dem heiligen römischen Reich an seinem Regal nichts præjudiciret, noch begeben werden können, bevorab, weil solches alles ohne Vorwissen und Connens Ihro Churfürstlichen Gnaden zu Mainz, Dero als des heil. römischen Reichs Erzkanzler die protection des Postwesen oblieget, geschehen, und Ihro Churfürstliche Gnaden auch darin nicht consentiren und dem römischen Reich an diesem seinem sonderbaren Regal etwas entziehen lassen könnten, auch für gewiß halten, daß dieses Euer kaiserlichen Majestät Intention und Meinung niemals geweßen, sondern da was widriges vorgegangen, auf anderer ungleichen Bericht geschehen seye.*“ Hoc ipsum suum jus etiam apud Leopoldum Imperatorem ursit Elector Moguntinus ANSELMUS FRANCISCUS, & generalis postarum Magister hanc suam obligationem prout hæc omnia ex adjunctis sub Nris 6. & 7 patet inuentum, spontaneæ & publice professus est. — Quibus adhuc accedunt litteræ generalis postarum Magistri ad Electorem Moguntinum 17 Novembri 1692 (b) & 5 Decembr. eodem anno datae. (c) Sane ponderosior probatio expeti non potest.

(a)

(a) Vide Lüning's Reichsarchiv Part. gen. Tom. IV. pag. 544. Pfeffinger ad Vitrarium Tom. III. pag. 707.

(b) In verbis: "Wann uns aber nicht zusteht in Postfachen einige verfängliche Ver-
,, gleiche sine pravia cognitione Seiner Kaiserl. Majestät und Euer Churfürstlichen
,, Gnaden zu schließen; als habe diese Sache bei allerhöchst Seiner Kaiserlichen Majestät
,, allerunterthänigst angebracht: welches auch biemit Euer Churfürstl. Gnaden um Dero
,, gnädigste Approbation gehorsam schuldig hinzubringen, und geziemend erfü-
,, chen sollen, sich hierüber gnädigst zu erklären, nicht zweifelnd, Euer Churfürstl. Gna-
,, den werden solchen Vergleich, weilien bierdurch Ec. das gemeine Wegen vermittelst
,, der Kaiservl. Posten besser befördert würde, für genehm, recht und thätig halten, als
,, will mich der gnädigsten Willkürnahme getrüsten Ec."

(c) Hoc tenore: "Von Euer Churfürstl. Gn. unterm 26ten Novemb. nechstbihn eingelof-
,, nem Genädigsten Rescript habe ich geziemend verstanden, wie daß Euer Churfürstl.
,, Gn. den zwischen dem Churfürstlichen Oberpostmeister zu Leipzig, und meinem Post-
,, meister zu Lübeck verabgeredten und auf Ratification beruhenden Vergleich gnädigst ap-
,, probiren thuen, vor welche gnädigste Erklärung mich ganz unterthänig bedanke Ec."

§. XI.

4) Judicium in controversiis postalibus.

Ipsum adeo jus decidendi controversias postales vindicarunt
sibi a primitiva postarum origine Archipräfules Moguntini; agno-
vit id ipsum & confirmavit Sacra Majestas cæsarea & facta ipsa com-
probant. Ex silva argumentorum hanc in rem prostantium unum
alterumve delibasse sufficiat. Testimonium Inculentissimum perhi-
bent & Litera 17 Decembris 1618 ab Electore Joanne Schwickerar-
do sub No. 8 adjecta ad Consulem & Senatum civitatis Norimber-
gensis scriptæ uti & ex, quæ teste adjuncto sub No 9 occasione
controversiæ in libera Imperii civitate Colonensi ad Joannem Coös-
felden postæ imperialis Colonia administratorem 27 Novemb. 1624
ab eodem eminentissimo Electore datae sunt. Expressam sacr. Cæsareæ
Majestatis adprobationem aperte loquuntur literæ protectoriæ &
immunitati postarum administratori von der Birghden Viennæ 10
Octob.: 1620 clementissime indultæ, in verbis: "So viel das Post-
wesen anlangt, weil solches eines römischen Kaisers Regal ist, so
C
setzen

—

„setzen, ordnen, und wollen wir von römischi Kaiserlicher Macht,
 „da etwann einige Streitigkeiten darüber vorfallen mögten, daß
 „gedachter Postmeister vor Niemand anderm, als uns selbsten, oder
 „an unferer Statt vor unsers lieben Neven des Churfürsten von Mainz
 „Liebden mögte beklagt, und berührte Streitigkeiten an gedachten
 „Orten ausgetragen, und geschlichtet werden sollen. Ex factis pluribus
 hue pertinentibus, ne multitudo nauseam creet, unicum hoc addu-
 cam, quod Elector Moguntinus jam Anno 1619 enata inter Comi-
 tem de Taxis tanquam Magistrum postarum generalem per S. R.
 Imperium & liberum Baronem de Paar, qua Cæsarea Majestatis
 postarum Magistrum aulicum controversia, dum uterque tempore
 electionis Imperatoriae Francofurti commorabatur, & posterior ne-
 gotio postarum Imperialium se immiscere adnitezatur, in favorem
 prioris deciderit.

§ XII.

*Jus exigendi ea, ad quæ reverentiæ leges
 obstringunt.*

Cum igitur ex hacenus deductis liquidum sit, Magistrum posta-
 rum generalem per S. R. Imperium consilio & consensu Electoris
 Moguntini hoc pingue adeo officium in feudum accepisse, & Eminentissimo
 Archicancellario non tantum ad fidem jurato dandam de-
 jure adstrictum esse, sed & ejus protectionem, inspectionem, ac di-
 rectionem recognoscere, præterea in causis postas Imperiales con-
 cernentibus ita subjectum esse, ut circa eas nihil, quod alicuius
 momenti est, sine Moguntini præscitu, consensu & adprobatione
 suscipere possit, nullatenus dubitari potest, Magistrum posta-
 rum generalem variis ex titulis ad omne illud, quod reverentiæ
 leges exigunt, quas late perséquitur MAGERUS a SCHOENBERG (a)
 Eminentissimo Electori Moguntino devinctum esse. Quid enim na-
 turale magis est, quam ut quis defensorem, & tutorem suum rev-
 eratur? Quid rationi consentaneum magis est, quam ut cliens pa-
 trono suo offensionis causam haud præbeat, nihilque juribus ejus ad-
 versans

19

versans molliatur. Agnovere etiam semper antiquitus hanc obligationem ii, qui ex prosapia hac, splendido isthoc officio, modo in feudum throni elevato, insignita, sanguinem ducant, ut docent litterae ab iis ad Eminentissimum Electorem Moguntinum in variis occasionibus date, e. c. Literæ LAMORALIS L. B. DE TASSIS de dato 26 Septembr. Bruxellis A. 1615. (b); porro ejusdem eodem loco & anno scriptæ 28 Octobr. (c) quibus accedunt aliæ ab eodem 21 Novembr. ejusdem anni ex eadem urbe scriptæ (d). Reliquas sequentium temporum taceo, ne, dum brevis esse labore, in infinitum aberrem. Abrumpo potius filium, ad alterum Dissertationis caput transfiguratus.

(a) In Tr. de Advocacia armata Cap. 10, etiam Jo. Wilh. Goebell in diff. de advocacya armata §. 13. Fr. H. Cramer in Tr. de Advocacia statuim Imperii armata Cap. 6. §. 1.

(b) In verbis: "Wie auch zugleich des privilegii investitura über die Kaiserliche Gnade, und die Kurfürstenthebung des General Postmeisteramts im römischen Reich, welches noch zu oligemeldetem dato von Kaiserlicher Majestät nicht unterschrieben war, ei ne wenige Anregung thue. Diese grosse Gnade hoff und bitt ich nochmalem demüthigst, werden Euer Churfürstliche Gnaden zu andern mir gnedigst erzogen setzen, und zugleich versichert seyn, daß unter allen Ihren treulsten Dienern das Haus von Taxis allerzeit sich besteiften wird, das Prä zu erlangen, und auch zu behalten &c.

(c) Ibi: An Euer Churfürstlichen Gnaden mein ganz demuthig gehorsambst Pitten, geruhet gnädigk, die bisher Wunder- und wäterlich gehaltene Hand in diesem Negotio die Posten volgends bis zu dessen Erörterung zu befestigen, und mit ihrer hohen Authorität bei Kaiserl. Majestät dabün zu vertheiligen &c. Damit verohligiren Euer Churfürstliche Gnaden mich und dis Haus für solche Diener, die mit Demuth, beständigem Gehorsamb, jederzeit erkennen sollen und wollen, wie gro's Euer Churfürstliche Gnaden unser Vatter und Protektor und gnädigster Herr ist.

(d) Hoc tenore: Ist an Euer Churfürstl. Gnaden als Protektoren meines irogenden Ambs, und des Postwesens im b. R. Reich mein demuthig gehorsamste Bitt &c. — und vermehrt sich dadurch die Schuldigkeit und Obsreuanz, mit der bis in Tod ieh, und nach mir mein Haus Euer Churfürstl. Gnaden in Demuth und Gehorsamb verpflicht ist &c.

C A P U T . II.

SISTENS JURA, QUÆ EMINENTISSIMO ARCHIEPIS-
COPO ET PRINCIPI ELECTORI MOGUNTINO
INTUITU POSTARUM IMPERIALIUM, QUA
EARUM PROTECTORI COMPETUNT.

§. XIII.

Transitio.

Offensum est in capite præcedenti, Eminentissimo Archipræ-
fatu Moguntino intuitu postarum Imperialium jus pro-
tectionis competere, evictum hoc est ex ipso conceptu Archican-
cellariatus, probatum ex Literis Imperatorum Ferdinandi II & III
(§. 6.), confirmatum ex declaratione Collegii Electoralis (§. 10.)
deductum ex literis Electorum Moguntinorum. (vid. adja sub
N. 1 & 6.) & denique ex agnitionibus postarum Magistr. generalis
(§. 12.) cui adjungi adhuc potest Capitulatio Imperatoria novissima
Josephi II. art. XXIX. §. 3. in Verbis: „Und solcher gestalt dieses
Bottewesen sowohl der Kurmainzischen Reichspost pro-
tection, als dem General-Reichs Erbpostmeister und sonstigen män-
niglichen ohne Nachtheil sein.“ Nil igitur superest, quam ut
ostendam, quenam in specie sint illa jura, qua Eminentissimo
Archipræfatu Moguntino titulo hoc protectionis ratione postarum
Imperialium vindicantur. Hoc ut ordinate magis procedat, præ-
mittenda est notio protectionis in genere, ut & in specie, relative
ad postas Imperiales considerata, ut ideis hac ratione rite efforma-
tis, naturaque rei perspecta, amœnior sit ulterioris disquisitionis
via.

§. XIV.

— — —

§. XIV.

*Protectio in genere & in specie postarum
Imperialium quid?*

Protectionis nomine in sensu generalissimo spectatae, quævis protectionis species vel ad res vel ad homines a Principe accommodata intelligitur. (a) Ast defensio illius, quod tutelæ nostræ est commissum, conjuncta cum jure, ea omnia, quæ vel ex lege, pacto, observantia vel fine protectionis fluunt, peragendi, *protectio in sensu generali dicitur*. (b) Prout defensionis hujus tituli, objecta, modi & fines prorsus innumerari sunt, ita & inde innumeræ protectionis species toto celo a se diversas resultare necesse est. (c) Non mirum ergo turpiter sæpe hallucinari eos, qui ab una protectionis specie, ad alteram velut a paritate argumentum ducunt, cum tamen nulla omnino inter utramque analogia, sed potius differentia in primis & essentialibus notionibus deprehendatur. Ne igitur & ego eundem in errorem incidam, opus erit, genuinam protectionis postarum Imperialium ex fine hujus instituti, formatam definitionem stabilire. Protectionem itaque postarum Imperialium dico esse *juris Eminens-tissimo Electori Moguntino vi Archicancellariatus sui per Germaniam competens, postarum Imperialium institutum defendendi, dirigendi, eique inspiciendi, ut finis ab Imperatore & Imperio intentus obtineatur*. Quod si omnis in jure definitio sit periculosa, veniam mebor, si in definiendo non omne punctum tulerim, cum in nullum inciderim authorem, qui hoc jus protectionis relative ad postas Imperiales consideratum, non dicam definierit, imo nequidem descripterit.

- (a) *Ludov. Mart. Kahtius in Commendatione de variis constitutis feuda adiunctis modis &c. in ejus opusculis minor. Tom. I. No. 6. pag. 414.*
- (b) *Concordant quoad rem Goebelli Tr. de advocatis armata §. 2. Wilh. Frid. de Knesebeck de advocatis & jure magni advocati in Ducatu Lüneburgico §. 2.*
- (c) *Apposite omnino pro more suo hoc observat Vir consultissimus Christ. Jacob von Zwierlein in den Nebenstunden Tom. I. pag. 225. In verbis: "Die Worte*

Advocati, Advocatia, Faut, Vogt, Vogtherr, Schutzwölge haben mehrerlei Bedeutung; bald steigt ihr Begriff so hoch hinauf, daß er alle Bestandtheile der Landesblichkeit in sich füßet, bald sinkt er so tief herab, daß er sich auf die Erhebung einzelner Gesälle einschränket. Verschiedenheit der Landsgewohnheiten, Mannigfaltigkeit der Entstehungsart, und besondere Verträge in einzelnen Fällen, haben diese abwechselnde Schattirungen veranlaßet, womit das Anfangs einfache Canvus nach und nach bordirt worden ist.

§. XV.

Uterius expenditur.

Institutum postarum per S. R. I. (nam origines hujus instituti apud Persas, Hebræos, Romanos, aliasque gentes haud me morantur ^(a)) eum in finem est inventum, ut cito resciatur, quod ex longinquo agitur, ne periculis imprævisis inodetur Imperium, ut promoveatur commercium literarum, non tantum personam & Majestatem Cæsaris, sed & jura totius Imperii tam in capite, quam in membris spectantium; ut ad exteris etiam gentes desideria nostra quam celerrime deferantur, ut leges & conclusa Imperii, supremorumque Imperii Tribunalium decisiones & ordinationes in celerem eorum notitiam veniant, ad quos spellant, ut florent commercia Imperii, & ubique necesse sit vel utilitas sive publica sive privata exigit, velociter itinera institui atque absolviri possint. ^(b)) Institutum hoc Imperatori & Imperio quam maxime utile esse, nemo nisi rationis expers, negaverit. Interest proinde etiam Imperatoris & Imperii, inventum hoc utilissimum omni meliori modo florere, atque in hoc suo flore non tantum conservari, sed & quoconque modo possibili promoveri, & augmenta capere. Ut autem hoc interesse tam eminentis tanquam finis intentus obtineri queat, necesse etiam fuit, adhibere media ad finem hunc obtinendum necessaria & accommodata. In classem horum maiorum certe pertinebat, ut post sacram cæfaream Majestatem pluribus Imperii negotiis oneratam specialiter constitueretur aliquod eminentis Imperii membrum, cui concederetur munus, institutum hoc adeo salubre contra ausus eorum, qui illi obsecula aut remoras pônere adniterentur, defendendi, supremam gerendi directionem.

directionem & inspectionem, ne fors interesse privatum eorum, qui fructus & emolumenta ex hac sparta sibi reicta percipiunt, illi, quod publice interest, inferat præjudicium. Cum autem adverteretur, nullum existere in Imperio Archioscicum, cum quo ista eminentis protectionis, directio & inspectio ex natura sua magis cohæreat, quam Archicancellariatus per Germaniam, evenit inde, ut hæc suprema protectionis cum juribus in ea contentis Archicancellariatu germanico, tanquam pars in toto comprehensa, relinquatur. (c) His rite perpernis fluet, me non sine ratione in definitione protectionis postarum Imperialium statuisse, ejus indolem consistere imo in jure Eminentissimo Electori Moguntino vi Archicancellariatus sui per Germaniam competente; atque 2do hoc jus in eo positum esse, ut Eminentissimus Archicancellarius postarum Imperialium institutum protegat, dirigat, eique inspiciat, atque modo legali ea omnia agat, quæ fieri expedit, ut fini ab Imperatore & Imperio intento, fiat satis. Hæc quippe sunt media, fini huic admodumata.

(a) Adeat, cui eas inquirere lubet, Forstnerum in nos. ad Tacit. lib. I. pag. 112. Livium lib. II. Dec. 5. & lib. VII. Dec. 4. Cæsarem lib. III. de bello civili. Suetonium in Augusto Cap. 49 & Jo. Bern. Multz in Tr. Repræsentatio Majestatis Imperatoria per singula ejusjura P. II. Cap. XI. §. 1.

(b) Conf. Buder in repertorio juris publici & feudali. Voce Postrecht §. 3. in verbis: "Es haben Kurfürsten und Stände, weil die Post eine sonderbare Höhe zu aderlenz und correspondenz zwischen hohen Potentaten in- und außerhalb Reichs, so man bei der kaisrli. Regierung zu schleuniger Verrichtung notwendiger Geschäften, Fortbringung der Briefe, Diener und Gesandten unvermeidlich bedarf, ja welches insgemein allen Ständen und ihren Unterhauzen sowohl als des Reichs Comercii in viel Weg nützlich und bequem, Anno 1570 Kaiser Maximilian II. ersucht, und gegeben, das Postwesen bei dem Reich zu behalten, denn Ihre Majestät es auch Amts und Pflichten halber, als einen Moyer des Reichs zu ihun schaudig und es dero Nachfahrer zum prejudiz in fremde Hände nicht könnten kommen lassen &c."

(c) Consentit in substantialibus Vir de jure publico Imperii maximopere meritus cl. Jo. Christ. Mayer l. c. Tom. III. §. 78. pag. 192. in verbis: "Damit aber dieses sämliche Reichspostwesen das seiner Veranflautung, Unterhaltung und des daraus zu ziehenden Einkü sten nach, als ein Reichstebenweis zugelöriges privat Eigenthum des fürllichen Thurn- und Taxischen Hauses zu betrachten ist, um desto weniger

niger zum Nachteil des Publikums gemischauchet, hingegen als öffentliche Polizeianstalten dem gemeinen Wesen zum Besten in guter Richtigkeit erhalten werden mögte; so wurde idem Kurfürsten von Mainz die Oberaufsicht, Protection und Direction über das sämtliche Thurn- und Taxische Reichspolwesen als ein Zubehörde des Reichskanzlerats förmlich aufgetragen.

(d) Apprime hoc facunt, quæ scribit Carol. Otto Rechenberg in Dis. de Advocatis & Advocatis germanicis §. 25. in verbis: "Respondent fini, cuius gratia protectores constituti, eorum officia; officia vero, cum sine susceptione actum querundam tanquam mediorum ad finem tendentium non possint expediri, jura protectorum pariunt.

§. XVI.

Jura ex protectione fluentia & quidem 1) intercedendi ex officio.

Quandoquidem igitur ex protectione postarum Imperialium ex fine suo dimensurata, jus defensionis, directionis, inspectionis, paucis, omnia ea agendi, quæ fieri, fini hujus instituti conforme est, profluunt, ea tantum jura hic recensenda erunt, quæ protectioni in sensu strictiori spectata magis, quam directioni & inspectioni, utpote quæ in capitibus sequentibus proprius discutiam, propria sunt; atque huc, præter illa jura generalia, quæ ex ipsa defensionis & protectionis indole fluunt, referendum imo Jus ex officio intercedendi. Regulariter quidem defensionem imploratio protegendi antecedat, necesse est, cum in clientis favorem sit inventa, & beneficia nonnisi implorantibus præstari soleant; quoniam tamen Imperatoris & Imperii, imo & ipsius etiam protectoris aliquando interesse potest, sarta testa servari jura illius, qui vel culpa vel moraliter quadam necessitate adactus, contra propria commoda laborat, prona fluit consequentia, protectorem etiam autoritate propria, citra previam implorationem atque vi officii sui se interponere & protectionis partes, præcipue quando tutius est prævenire, quam præveniri, exercere posse. (a)

(a)

(a) Vid. Mager a Schönberg L. c. 534. No. 387. seq. Erasmus a Chokier Tr. de Advocatiis feudalibus quaf. 45. Pfeffinger ad Vitriarium Tom. 4. pag. 95. §. 144. not. a. ibique alegatis.

§. XVII.

2) *Jus impertiendi literas commendaditias patentes & credentiales.*

Quemadmodum protectoris est, non solum jure & in scriptis coram competente judice legationibus, intercessionibus, amicabili compositione, paucis: quibuscumque mediis proportionatis vim defensionis habentibus tueri, & ab injuria securum praestare, ira & Eminentissimi Archiprefulsi Moguntini, qua postarum per S. R. I. protectoris est, praeter recentitos protectionis modos, etiam Magistrum postarum generalem literis commendaditiis, patentibus & credentialibus, dum in territorii statuum circa institutum postarum aliquid altioris momenti molitur, instruere, ut eo facilius finem intentum obtinere valeat, insuperque etiam patefiat, molimina ista haec neutiquam ausus proprios privatumque interesse redolere, sed potius Interesse Imperii & bonum commune, instituta hanc in rem ab Archicancellario cognitione & adprobatione promovere. Extant fine dubio in omnibus S. R. I. Procerum archivis ejusmodi literæ commendaditiae patentes & credentiales, numero sat multæ, ut reprehensionem vix effugere possem, si documentis id fufilcire, allaborarem. Duo ob antiquitatem suam rara, ad calcem sub Numeris 10 & 11 legere haud erit injucundum.

§. XVIII.

3) *Jus exigendi, ut postarum Magister generalis impetrata investitura clientelæ nexus profiteatur.*

In classem jurium ex protectionis jure promanantium & illud non immerito referendum est, quod generalis per S. R. I. postarum D Magi-



Magister, dum officii postarum generalis obtenta a sacra cæsarea
 Majestate investitura solemni, actualem administrationem suscipit,
 Eminentissimo Electori Moguntino, qua Archicancellario per Ger-
 maniam & Protectori suo se fstat, de obtenta investitura doceat,
 & clientelæ nexus profiteatur. Non tantum reverentia Protectori
 debitæ leges id exigunt, sed & ipsi naturæ protectionis omnino con-
 sentaneum est, quomodo enim casu emergente protectionem cum
 fundamento implorare poterit, qui nequum fidem fecit, se eum
 esse, qui hoc singulari beneficio & favore gaudet. Agnovit
 etiam suam hanc obligationem Lamoral Comes de Taxis in
 literis ad Eminentissimum Electorem Moguntinum ANSELMUM
 CASIMIRUM 3. Martii 1646 datis, tenore sequenti:

„ nach die Hochwohlgebohrne Fraw Alexandrina Gräfin von
 „ Taxis, gebohrne von Rye Et. meine hochgeehrte Fraw Mutter,
 „ sich dessen von Zeitt meines lieben Vatter Seel. Herrn Leonarden
 „ Graffenß von Taxis, Anno 1628 zu Prag begebenen Absterbenß
 „ auf kaiserliche Commission undt confirmation, bisanhero mitt
 „ verhoffentlicher satisfaction manniglichs Bedibnten, des heil. Rö-
 „ mischen Reichs General Postmeistenß ahnjetzo abzuethun, und
 „ selbigß administration mir bey erreichtem meinem vollkommenen
 „ Alter würklich zue cediren gefallen lassen. So habe Römisch
 „ Kayserl. Majest. unserm allernädigsten Herrn, die præsentation
 „ meiner allerunthänigsten Schuldigkeit albereidt gethan, wie dann
 „ gleicherweiß Euer Churfürstlichen Gnaden hiermit zum ersten-
 „ mahl die Erkändtnuß meiner Underthänigst schuldigsten Dien-
 „ sten aufzopfern, undt gehorsamlich pitten thue, Dieselben geru-
 „ hen in ihren Churfürstlichen Schutz und Schirm, mich väterlich
 „ auff und anzunehmen, und versicheret zu leben; daß nach ab-
 „ gelebter meiner lieben Voreltern seligl. Exempel in allen Vorfal-
 „ lenheiten mit Auflsetzung Gutt und Blutt, nechst Kayf. Majest.
 „ und ganzem Erzhaß Oesterreich, Ew. Churfürstl. Gnaden
 „ unterthänigste Dienste zue erweißen; mich eusserst bemühen
 „ werde Et.

§. XIX.



§. XIX.

4) *Varia alia jura.*

Ut pugno stringam cætera eminentiora ex protectione descendenta jura, obiter tantum & per transennam monendum videtur, protectoris postarum esse imo, omnia ea, quæ ab Imperatore & Imperio intuitu hujus regalis ordinantur & decernuntur, celerrimæ executioni submittere, 2do certam quandam & hypotheticam in protegendum jurisdictionem exercere, licet enim ex communiore Doctorum sententia protectio absolutam jurisdictionem haud tribuat, (a) hypotheticam tamen tribuere probabilius est, cum protectoris sit, disquirere, an causa clientis tutamen implorantis iustitiam facientem habeat; uti enim omnis protectio & defensio jus supponit, ita & hæc, injuria namque defendi non potest, hæcque non esset defensio, sed potius offendio, omni juri & rationi contraria. Porro huc refero 3tio jus, postas in casu, ubi id necessitas exigere, conducendi; protectio enim ejusmodi securitatem innuere videtur. (b) Tribuit enim protectionis jus protectori facultatem legitimam agendi omnia, fine quibus clientem rite tueri & contra injustas invasiones defendere nequit. Cui enim permisla est defensio, ei per consequentiam necessariam permisla esse debent omnia illa media, quæ ad obtainendum finem requiruntur. (c) Denique 4to sicut protectoris postarum est, turbis, motibusque institutum postarum afflicturis mature obviam ire, hæcque fomenta, dum in cinere adhuc gliscunt, suffocare, ita & ad ejus jura pertinet, omnia, quæ ad rei postalis Imperialis salutem pertinent, procurare.

(a) Protectio quippe jurisdictionem non tribuit, juxta Vulgatum: *Schutz und Schirm giebt keine Obrigkeit.* Gaius L. II. obs. 54. No. I. M. Aulius de homagio Tit. II. No. 10. M. T. Tullius de statibus Imperii Cap. 18. §. 23. Burghold ad Instrum. Pacis Part. II. dec. 16. §. 1. pag. 142. Vitriarius *Institutiones juri. publ. Lib. IIII. Tit. 19. §. 51.* Rumelinus ad aur. Bullam Part. II. Diff. 5. Th. 9. J. H. Böhm. *Jus publicum universale. Lib. I. Cap. 4. §. 18.* Author des gründlichen historischen Berichts von den alten Reichswogteien pag. 58. seq.

(b) Kahlius in Commend. cit. in ejus opusculis pag. 576. Mager a Schönberg loc. cit. pag. 648. No. 9.

(c) Grotius de jure belli & pacis Lib. III. Cap. I. §. 2. No. 1.

§. XX.

*Proteccio hæc ipsum postarum institutum
potissimum respicit.*

Finis, propter quem Eminentissimo Electori Moguntino qua Archicancellario, protectio instituti postarum Imperialium competit, est, uti in (§. 15) deductum fuit, salus & utilitas publica Imperii, neutquam favor, aut emolumenntum quoddam privatum. Inde jure infertur, protectionem Electoris Moguntini etiam contra ipsum Magistrum postarum generalem, tametsi protectio isthæ in ejus potissimum plerumque favorem cedere soleat, non nullis in casibus effectus suos exercere. Ponamus enim, Magistrum postarum generalem omittere ea, quæ fieri ratio salutis publicæ exigit; ponamus, eum potius privato, quam publico Imperii bono intentum esse, ponamus, eum in eligendis vel adplicandis mediis ad rem postalem Imperii conducentibus non ita versari, prout ratio & circumstantiae id exigunt; quis dubitet, his in casibus jus protectionis moguntinum etiam contra ipsum postarum Magistrum efficacia sua non destitui? Prostant hanc in rem documenta plura, quæ testantur, ipsos status Imperii protectionem Electoris Moguntini contra Magistrum postarum generalem implorasse, imo ipsos etiam postæ officiales, quando suarum partium & incumbentis obligationis id esse duxerunt, Electori Moguntino supplicasse, ut abusibus medela ferretur. Nolo hæc ulterius perseguiri, ne a scopo, quem modo intendo, declinem, potius ad alia magis specialia properandum est. Sit itaque.

CAPUT

—


CAPUT III.

**SISTENS JURA, QUÆ EMINENTISSIMO ARCHIEPIS-
COPO ET PRINCIPI ELECTORI MOGUNTINO
INTUITU POSTARUM IMPERIALIUM, QUÆ
EARUM DIRECTORI COMPETUNT.**

§. XXI.

Amplitudo Directorii Moguntini.

Intra insignia Archicancellariatus dignitati coherentia jura, præfulget etiam jus Directorii, sicut enim potissima negotiorum Imperii directio ad Moguntinum qua Archicancellarium a multis retro sæculis spectavit, ita etiam non in Comitiis tantum Imperii universalibus, sed & aliis quibuscumque Conventibus, solus hodiecum est Director omni tempore & loco secundus a Cæsare, quod Directorium etiam exercet extra Conventus, in omnibus scilicet illis negotiis, quæ ad Imperium tanquam Corpus pertinent. Sic notum est cuique, ad Eminentissimum Electorem Moguntinum, qua Archicancellarium pertinere 1mo Directorium comitiale, 2do Collegii Electoralis, sive illud in Comitiis universalibus cum reliquis ordinibus Imperii congregateur, sive proprios suos ac particulares Conventus, idque vel de novo Romanorum Rege eligendo, qui dicuntur *Wahltag* vel tempore & necessitate exigente de aliis Imperii negotiis, quos *Kurfürstenage* vel *Kollegialtage* appellamus, institutis; 3to In deputationum Conventibus, 4to Directorium Archivi Imperii publici, in quo continentur omnia Imperii documenta & acta publica, belli, pacis, federum, legationum, Ordinationes, Capitulationes, Matriculae, Libri legum & statutorum, & quidquid uspiam publico nomine literis mandatur, sive ad Germaniam, sive ad Italiam, quoque & Galliam spectet; 5to Directorium



rium Cancellariarum non tantum Consilii aulici, sed etiam in Camera Imperiali, ac denique 6to Directorium in judicio revisorio Camerae (a)

(a) Conf. Jo. Klein in Commend. de prærogatiis Principum S. R. I. Cap. III.
ibique allegati.

§. XXII.

Ad postas Imperiales etiam pertinet.

Atque hæc Directorii Moguntini amplitudo etiam directionem postarum Imperialium in se compleuditur. (a) Certe si ut in §. præcedenti observatum, Eminentissimus Archicancellarius in omnibus illis negotiis, quæ ad Imperium tanquam corpus pertinent, directori jure gaudeat, dubitari non potest, hanc ei directionem etiam intuitu postarum Imperialium, utpote instituti talis, quod certe ad Imperii corpus pertinet, competere. Præterea hoc jus directionis jam in jure protectionis fundatum est. Jus protectionis relative ad postas Imperiales consideratum, ex natura sua fini suo accommodata, præter facultatem defendendi, simul etiam jus quoddam dirigendi involvere, in §. 8. 14 & 15 uberior deduxi, atque exinde porro innoscit, quod dirigere ex nativa sua significacione nihil aliud sit, quam aliquid ad certum finem referre; (b) cum igitur Eminentissimo Electori Moguntino vi Archicancellariatus fui per Germaniam incumbat, in id invigilare, ut institutum postarum ad illum finem referatur, ad quem Imperator & Imperium illud introduxit, sponte fluit, illi etiam per necessarium consequentiam jus quoddam dirigendi eminentius competere. (c) Non immerito itaque ad hoc jus directionis Elector Moguntinus *Joannes Schwickardus* in literis suis in §. 7 adducit, & imo ipsi postarum Officiales testibus literis in §. 8 prolatis provocarunt.

(a) Agnoscit id communior Doctorum, ex quibus retulisse sufficiat Ludov. Höck
nigk de regali postarum jure Cap. 6. Theor. 2. Lit. D. & Cap. 19. Theor. 1.
Lit. A. Wagenseil de S. R. I. summis Officialibus Cap. 3. §. 3. pag. 14.
Beck.

Boeckler in notis. S. R. I. pag. 134. Struv. in Corp. jur. pabl. pag. 641.
Pfeffinger ad Vitriarium Tom. III. pag. 707. Jo. Ch. Mayer deutsches
weltliches Stadtrecht pag. 193. Scheidemantel in repertorio des deutschen
Stats- und Lohnrechtes voce Erzkanzler §. 14.

(b) Brisonius de verborum significatione voce dirigere.

(c) Adposita omnino sunt, quæ scribit Nicol. Christian Lynker in Dis. de man-
nere directoriali circa negotia Imperii pag. 4. in verbis, dirigere & gubernare est,
id quod dirigitur, ad debitum finem perducere. Apud Romanos Director dicitur pri-
micerius, cuius potestas, quod quidem ad Cancelleriam attinet, penes eum nunc est,
quem Cancellerium nominamus.

§. XXIII.

Jura ex directione fluentia & quidem i) Jus ordi- nationes provisionales condendi.

Lucem in meridie neget necesse est, quisquis hoc jus directionis
controversiae subjicere audeat, satius itaque erit, ad specialiora de-
scendere, & quænam in specie jura huic directionis juri proprios
suos natales debeant, delineare. Atque hoc omnino pertinet jus
ordinationes provisionales condendi. Experientia quotidiana edocta
novimus oñnia instituta humana utut præclara sub motu perpetuo
fluctuare pro matatis rerum circumstantiis hodie hanc, cras aliam
induere formam, & quandoque in pejus degenerare. Hæ causæ
noviter emergerentes novis intelligentiis juris dispositionibus & legum
auxiliis. Cum igitur, si in quodam alio, certe in postarum Imperi-
alium instituto, tot satis, vicissitudinibus & controversiis obnoxio,
quotidie evenire possint casus & circumstantiæ, quæ celerrimam
sui expeditionem & determinationem, nisi ipsa utilitas publica pe-
riculo exponi velit, exigant, ipsa recta ratio postulat, existere debere
quemdam, qui in hoc rerum discrimine saltem interimistice,
ordinationibus provisionalibus utilitatis & necessitatis publicæ curam
gerat. Atque cum Eminentissimus Eleitor Moguntinus secundum
deducta vi Archiosfacii Archicancellariatus Imperialium postarum
protectionem sibi concretam habeat, atque hæc protectio fini suo
ad

adcommodata sine directione concepi haud possit, in aprico positum est, Electoris Moguntini esse, in causis postas Imperiales concorrentibus, quando circumstantiae id suadent, provisionalibus ordinationibus determinanda determinare. Agnovit id ipsum generalis postarum per S. R. I. Magister LEONARDUS COMES DE TAXIS in literis ad Electorem Moguntinum 17 Martii 1626 directis, (a) quic pro clementissime decernenda ordinatione provisionali humillime supplicavit. Neque etiam defuit Elector Moguntinus, quin ejusmodi ordinationibus provisionalibus, ceu inter plures alias docet ea, quæ in extractu sub N. XII adjacet, consuleret & provideret.

(a) Tenor verbalis est: "Als langet an Eure Churfürstl. Gnaden (weil Derselben wegen ihres im heil. römisch. Reich tragenden hohen Erzkanzlerampts, als auch infunderheit, über mein Generalat, und alle von demselben dependirende Ampter, bairden Churfürstlichen protection, provisional Vorbehaltung zu thun allein wüsten that:) mein unterthünigstes bitten, und Ansuchen, Sie geruhet ex officio den gnädigsten Befehl ergeben zu lassen &c.

§. XXIV.

2) *Jus directionem gerentem mortuo postarum Magistro generali in certis casibus alicui demandandi.*

In classem jurium ex potestate directione profluentium, pertinet porro facultas directionem gerentem mortuo postarum Magistro generali certis in casibus alicui demandandi. Hoc ut eo clarus perspicciatur, prænotandum est, directionem postarum duplicum esse, unam gerentem seu administratoriam, alteram honorariam & sublimem. Quam certum est, Eminentissimo Archicancellario jus directionis sublimis & honoraria competere, tam parum gravitas Archioscii Archicancellariatus patitur, ut Princeps tot artus Imperii curis fatigatus, directioni postarum gerenti, sive administrationi earum actuali se immisceat. Possunt tamen evenire casus, ubi in controversiam incideret, cuinam in hoc feudo competit successio, aut

aut quis jure ad tutelam postarum Magistri generalis impuberis aspirare queat. In his & similibus aliis causis summopere postarum institutum periclitari posset, si plures sub praetextu juris sibi competentis se administrationi negotiorum actuali obtruderent. Aequum igitur & iustum est, ut in talibus circumstantiis periculi moram non ferentibus directionis sublimis vis & potestas vires suas exerat, & interim donec causa a judice competente decisâ vel provisoriâ aliter ordinatum fuerit, alicui directio administratoria demandetur.

§. XXV.

3) *Jus circa cursum postarum, ne sine suo concurrente consensu novæ erigantur aut veteres immutentur.*

Nec minus ad eminentem instituti postarum directionem pertinet, *jus circa cursum postarum, ne sine suo concurrente consensu novæ erigantur aut vet res immutentur.* Quodsi, ut cuiilibet primo obtutu in oculos incurrit, sacre cæsareæ Majestatis, omniumque Imperii Electorum, Principum, cæterorumque statuum ac membrorum interfit, rem cursoriam quam maxime florere, certe etiam interest, cursum postarum tanquam promptissimum floris hujus promovendi medium ea ratione esse ordinatum, ut huic fini suo omnino respondeat. Cum autem contingere varia ratione possit, ut postarum stationes ibi non ordinantur, ubi tamen ordinari eas oportet, ut novæ prioribus muratis erigantur, ubi veteres in sua possessione conservare consultius foret, ex ipsa rei natura consequitur, ad sublimis directorii manus pertinere, jus proficiendi, ne quid ratione cursus postarum aut noviter suscipiantur, aut in eo immutetur, nisi prævio desuper exquisito consensu & adprobatione illius, ad quem hoc vi Archiofficii sui pertinet. Sicut suam hanc obligationem toties, quoties postarum Magister generalis agnoscit, ita & Eminensissimus Elector Moguntinus has sui munericis partes quandocunque necesse videbatur in exercitum deduxit. Ex innumera documentorum rei gestæ fidem facientium serie, nonnulla tantum primævis

E

posta-





postarum originibus propinquiora, ac proinde etiam notabiliora referam. Agnitionem postarum Magistri generalis probant literæ L. B. Lamoral de Tassis 21 Julii 1618 (a); item Joannis von der Birgden 15 Novembris 1619. (b), ac denique Baron Hoeswim Kel 21 Augusti 1643, postarum submagistrorum (c) nomine Principalis sibi ad Eminentissimum Electorem Moguntinum perfcriptæ. Quod autem Eminentissimi Electores Moguntini jus sibi competens revera in astum deduxerint, docent literæ Archipræsulum JOANNIS SCHWIKARDI 4 Augus. 1618 ad S. R. I. Vicecancellarium (d) & 16 Noverbr. 1620 ad postæ Francofurensis administratorem Joannem von der Birgden; ac denique ANSELMI CASIMIRI 12 Martii 1632 ad viduatam Comitissam de Taxis, tutoris nomine Magisterio postarum generali fungentem, emissæ, quas duas posteriores sub N. 13 & 14 adnexas lectori benevolo exhibeo.

(a) In verbis: "Weil die ordinari nunmehr wegen Unsicherheit auf der boheimischer Straß nach dem Kaiserlichen Hoff zu nit mehr laufen kann", und doch auch zwischen Wien und Regensburg kein rechte Unterlegung der Posten noch mit volkommennlich bescheben, wird Euer Churfürstl. Gnaden gnädigst abbereit in meinem Namen von Joh. von der Birgden unterthänigsten Bericht gernommen haben, wie ich ihm Befehl geben, mit gnädigstem Vorwissen, und Gudtünden Euer Churfürstl. Gnaden die Posten von Nürnberg zu verlegen &c.

(b) Sequenti tenore: Weilen ich auch gestern geschehn, daß bereits der Römischi Kaiserl. Majestät unsers allernädigsten Herrn Brief über Augspurg kommen, und also mutbmassig, die vorangegte Peßter zwischen Nürnberg und Regensburg werden jetzt umbsonst unterhalten werden, als pitte Euer Churfürstl. Gnaden, diese motiven gnädigst zu erwägen, und mir gnedigst verständigen zu lassen, ob Euer Churfürstl. Gnaden ufm Fahl Ihro Gnaden der Herr General hierinn Verordnung thun werde, also gnedigst, gefällig, und es soll am meinem schuläigen Fleiß nichts bindangesetzt werden &c.

(c) In verbis: "Euer Churfürstl. Gnaden ist gnädigst bekannt, welchermaßen auf Derselben zuvor eingebohltes gnädigstes Gutachten und Bewilligung im Namen des Erbgeneraloberrpostmeisters im Reich, ich vor angefehr einem Jahr eine neue Poststraß durch Cassel und das Braunschweigische Land auf Hamburg eröffnet.

(d) Ibi: Wir mögen Euch gnädiglich nicht verhalten, was müssen der römischi Kaiserl. Majestät unsers alternädigsten Herrn Generalpostmeister Lamoral Freyterr von Tassis mit unserm

unferm Mitbelieben bey jetzigen entstauden boheimischen Unwesen die
Kaysertliche Posten, welche eine zeitweile vor Nürnberg auf Reitz in Boheim ge-
gangen, gegen Regensburg dem gemeinen Wesen und jedermänniglichen zu gussem
transferiren und unterliegen lassen &c.

§. XXVI.

*4) Jus, ne sine Moguntini consensu & confirmatione postarum praefectus noviter constituatur,
aut ab officio removeatur.*

Nodum certe in scirpo quereret, quisquis Eminentissimo Electori
Moguntino *jus, ne sine suo consensu & confirmatione Postarum praefecti aut noviter constituantur, aut ab officio suo removeantur, controvertere auderet.* Omne institutum humanum ejus natura & indolis est, ut licet ex origine sua exile & tenue sit, mox tamen radices altas agat inque summos excrescat apices, si ii, quibus administrationis & expeditionis incumbit cura, sedulitate non minus ac rei peragenda dexteritate praecellant; cum econtra illud, quod in negligentis aut inepti manus incidit, utut divina propemodum artis inventum sit, labefactetur, corrumpatur, destruatur. Docet præterea tristis experientia, quæ pedicæ struantur iis, quibus agitantur persecutionibus, qui sublimiori veri honoris spiritu inspirati, muneras sui partes, ea, qua decet constantia & fidelite exercuntur: Institutum postarum ejus certe indolis est, ut nisi officiales postis praefectos exploratus candor, indefessa sedulitas, negotii peragendi exactissima notitia, conjuncta cum probitate commendet, hoc institutum, quod ad velocius rescienda hostium consilia & molimina, ad salutem Imperii publicam promovendam, propagandum commerciorum florem, volucrem quorumcunque negotiorum expeditionem est inventum, in exitiosam cum ipsis hostibus collusione, proditionem patriæ, torpidum languorem commerciis extiale, turpisimum questum commeantium celeritatem impediens millevisque alios pestiferos abusus degenerare possit. Exigit proinde sublimis protectionis & directionis Eminentissimo Electori



Moguntino intuitu postarum Imperialium competentis indoles, ne quis sine ejus consensu & confirmatione ad posta cujusdam præfecturam promoteatur, aut ab officio semel concredito, vi cuius speciali juramento vinculo Eminentissimo Electori Moguntino obstringitur, (§. 8.) ejusque protectionis favore fruitur, (§. 20.) inscio eo ab obligatione semel contracta eximatur, favoreque sibi indulto desituatur; præcipue cum Eminentissimi Archicancellarii sit eo etiam invigilare, ne per constitutos subofficiales ad deminutionem jurium Archiofficio suo adnexorum, aliquid attentetur. Hoc jus ad Eminentissimum Electorem Moguntinum omnino pertinere, primævorum jam instituti postarum temporum documenta loquuntur. Quod Magistri postarum per S. R. I. generales non aui fuerint inscio Electore Moguntino & non expedito ejus consensu quan-
dam postarum præfecturam alicui concedere innumeris exemplis demonstrari posset, ex quibus nonnulla tantum de promam. Sic postarum Magister generalis Leonardus Comes de Taxis in literis 17 Septembbris 1625; (a) porro Joann. Zumbach dictus Coosfeld in literis nomine viduata Comitissa de Taxis 20 Junii 1635; (b) item Alexandrina Comitissa de Taxis 16 Januarii 1640 (c) denique Lamoral Comes de Taxis in literis occasione constituti ab ipso Norimbergæ postarum administratoris Abondio Somigliano, quem civitas norimbergensis admittere recusabat, ad Electorem Moguntinum 15 Octobr. 1646 (d) datis, semper consensem in constitutionem novi postarum Magistri ejusque confirmationem submississime petierunt, atque obligationem sibi hoc in capite incumbentem professi sunt. Præterea etiam variis præcellentiorum S. R. I. Statuum in literis suis ad Eminentissimum Electorem Moguntinum exaratis, hoc jus ipsi tanquam rem extra omne dubium positam competere publice testati sunt. Faciunt huc litera serenissimorum Imperii Principum, Ducis saxo Gothani ERNESTI de dato Götha 3 Julii 1643 (e) CHRISTIANI Marchionis Brandenburgici ejusdem diei & anni (f) AUGUSTI Ducis Brunsvico Lüneburgici de dato Wolfenbüttel 3 Auguſti 1646, (g) aliorumque plurium, queis luculentum fit, qua circa hoc jus Moguntini Imperium ejusque status sensa primitivis instituti postalis temporibus foverint. Neque etiam defuere Eminentissimi Electores Moguntini, quin hoc suum
jus,

ius, quodocunque quidquam illi adversum attentari volebat, urserint, vindicarint. Exempli loco provoco ad gesta Principis iurium suorum strenui vindicis & immortali memoria dignissimi JOANNIS SCHWIKARDI, qui non tantum in literis 12 Maii 1623 ad Consules & senatum Francofurtensem datis (g) huic suo juri institit, verum etiam illud 16 Januarii 1626. Postarum Magistro generali Leonardo Comiti de Taxis testibus literis sub No. 15 adjacentibus sermone sat. gravi in culcavit, atque ita impressit, ne in futuris casibus tam facile memoria labii obliuione subtraheretur. Eiusdem argumentum sunt literae Electoris GEORGII FRIDERICI de dato Aschaffenburg. 27. Juli 1627, quas sub No. 16 lectori benevolo anterioris elucidationis gratia exhibeo.

(a) In verbis: "Euer Churfürstl. Gnaden solle ich biemit unterthänig nicht bergen, was mafsen, nachdem in Neulichkeit mein zu Nürnberg gehabter Postamts commis- und Verwalter Johannis Georg Heyden Tois verblieben, und dhabero mir solche Stelle mit einer andern dazu bequemen und qualificirten Person andervärts zu verföhren obliegen thut, ich auch Virgilium Egner &c. mit solcher Postmeisteramtsverwaltung zu gedachttem Nürnberg &c. versehen, und derobalken zu Bezeugung meines gegen Euer Churfürstl. Gnaden tragenden unterthänigsten Respects keinen Umgang haben mögen, Sie desfer unterthänigst zu aufzifren, verhoffentlich es werden so wohl dieselbe als auch Ibre Kaiserl. Majestät &c. Ihr allergedrigst und gnädiglich gefällig seyn lassen.

(b) Hujus tenoris: "Als ist im Nahmen mehr hochgemeldter gräflichen Frau Wittib mein unterthänigste Bitte Euer Churfürstl. Gnaden &c. geruhet in Kraft ihres tragenden Erz kanzleriatamts und als sonderlicher Kaiserl. Protektor über das Postwesen im Reich ernommene neu angenommenen Postverwalter Du Bois unter ihrer Churfürstl. Hand und Siegel mit solchen Patenten zu versetzen, damit in Kraft derselben, er solchen seinen Dienst zeichen, und sich sowohl bei den Kaiserl. Officieren als auch sonstigen jedermanniglich, bevorab aber bei seinen angehörigen Unterposthaltern qualificirt machen können.

(c) Obschon ich vermuthe, daß Euer Churfürstl. Gnaden von dem Tode des Gerhard Vrintz meines Postmeisters in Frankfurt schon berichtet seyn werde, so halte ich dennoch für meine Schuldigkeit, Euer Churfürstl. Gnaden solches anzureigen, und zu melden, daß ich des Verstorbenen Neven Johann Baptist von Hohenwinkel in diesem Amt befähigt habe &c. Ich hoffe, er werde Euer Gnaden gefällig seyn, und bitte unterthänigst Euer Gnaden wollen ihn unter Dero gnädigsten Schutz aufnehmen.

(d)

- (d) Daß bei Bestellung der Postämtern auf Euer Churfürstlichen Gnaden als der heiligen Reichs Erzkanzler (und sonst keinen andern Churfürsten noch Fürsten des Reichs weniger die Stadt Nürnberg noch sonst jemand mein unterthänigst Absterben richten sollte &c.
- (e) Es hat uns Donat Feuds zu Nürnberg unterthänig zu vernehmen gegeben, was maßen das Postmeisteramt zu Nürnberg durch Absterben des bisher gewesenen Postmeisters Jacques le Febvre erledigt worden &c. und dabei unterthänig gebetzen bey Ihro Liebden als deren ihres hohen Reichskanzlerats halben die Confirmation solcher Aemter zustehet; ihnen vorbitthöben zu verschreiben &c.
- (f) Undersuchen Dieselben hiermit dienstfreudlich gesinnet, weilen dergleichen Officians anderweit zu ersetzen Euer Liebden hohen tragen den Amt als Erzkanzler in Germanien einig und allein gehabret, sie wolle Ihro gedachten Donatum Feudt vor andern angeregtem Dienst beslohen seyn lassen, und ihm denselben gnädig anvertrauen auch dadurch diese unsre Vorbitschrift fruchtbarlich genießen lassen &c.
- (g) Und ersuchen demnach E. L. freundlich hiemet, Sie wollen diese Recommendation bey Ihro statt finden, den Recommendatum derselben empfindlich genießen, und zu der gesuchten Beförderung des Postampts gelangen lassen.
- (h) Bei uns hat sich Johann von der Eirgden Postmeister zu Frankfurt in Unterthänigkeit beklagt, daß ihm das Postamt daselbst, dazu er mit unserem als des Erzkanzlers Vorwissen gelangt von uns confirmirt, und in unsre Pflichten genommen worden &c.

§. XXVII.

Transitio ad Caput IV.

Variæ adhuc aliæ ex jure directionis facultates promanant. Cum autem ex principiis hactenus deductis facile in emergente individuali casu eruiri possent, meusque quem intendo, finis neutiquam is sit, ut more eorum, qui voluminosos commentarios meditantur, ad hypotheses sub diversis ciremstantiis diversas progrediar, easque limitando, restringendo, aut ampliando disquiram, contentus principaliora juri directionis naturalia delibasse, proprio ad

CAPUT

C A P U T IV.

SISTENS JURA, QUÆ EMINENTISSIMO ARCHIEPIS.
COPO ET PRINCIPI ELECTORI MOGUNTINO
INTUITU POSTARUM IMPERIALIUM, QUA
EARUM INSPECTORI COMPETUNT.

§. XXVIII.

Direc^{tio} involvit inspectionem.

Intima cognitio ipsius instituti, mediorum queis illud sustentatur, notitia methodi qua promovetur, breviter, omnium illorum primo obtutu etiam minororum, quæ influxum quendam habent, scientia, necessaria est is, qui directioni instituti custos & quidem talis, quod jure supremo exercetur, sunt praeserti, quomodo enim absque his praesidiis directionem apte exercere, & obligationi salutem publicam promovendi satisfacere possunt? Itaque ad illum, ad quem directio eminentis pertinet, ejusdem etiam generis inspeccio pertinet, necesse est, siquidem sine inspectione directio prorsus cœca & inutilis existat. Non immerito proinde glorioissimæ memoria Elektor Joannes Schwickardus, ut ex §. 7. patet, attentata contra jus protectionis condigna indignatione persecutus est.

§. XXIX.

Inspectionis natura, quæ?

Inspacio ut directioni sit accommodata, ejusque fini consentanea, involvit jus examinandi, num media, queis subordinati in expeditione



❧

fione muneris sui utuntur, sint proportionata, num actiones obligationi corresponeant; jus visitandi, num ea, quæ jure supræ directionis & ex salutis publicæ ratione constituta sunt, sancè & illate custodiantur, & singulorum consilia in bonum publicum potius, quam privatum conspirent; exigendi relationes super ipsa administratione, ut pateat, nihil agi, quod saluti publicæ adverferetur, breviter in ea omnia inquirendi, quæ negotium dirigendum quomodo cunque concernunt, quoties e rationibus salutis publicæ id necessarium vel utile visum fuerit. Hac quippe ratione salvam ent omnia, nec ulla unquam labefactatio est metuenda.

§. XXX.

Jura ex inspectione & quidem 1) jus visitandi postas.

Ex hoc ipso juris inspectionis conceptu jam fluit, quænam Eminentissimo Electori Moguntino hoc titulo intuitu postarum Imperialium specialia jura competant, ut proinde supervacaneum omnino videri posset, ulterius ea disquirere. Verum tamen, cum ea, quæ ex ipsis factis rerumque gestarum fidem perhibentibus documentis argumenta petuntur, illustrationi haud parum inserviant, unum alterumve delibare mihi proposui. Sine jure postas visitandi, jus inspectionis efficax cogitari non posse, quilibet mecum consentiet; siquidem sine tali visitatione navi, siqui sint investigari & debito modo emendari haud possint; per necessarium igitur consequentiam jus postas visitandi Eminentissimo Electori Moguntino competit. Intime hoc jam perspexit glorioissimas memorie Imperator FERDINANDUS III dum ad ANSELMUM CASIMIRUM Electorem Moguntinum de dato Presburg 7 Januarii A. 1638. his formalibus scribit „Nachdem aber eine Zeithero wider die Bestellung des Postwessens allerhand grosse Klagen und Beschwerden einkommen, und soviel daraus abzunehmen, daß nicht geringe Unordnungen und Mißbrauch sowohl zu Nachtheil und Verjaumbniß unser und des gemeinen Weßens Diensten, als auch zu merklicher Beschwehrung derjenigen, so fach

sich der Posten gebrauchen müssen, vorgehen, und fürüberlauffen, daß dannenhero zu Abstellung derselben sonderlich daß man beedes des Post und Bottenswesenß halber eine richtige und durchgehende Verbeffierung anzustellen gemeint, zwar eine Generalvifitation der Posten und der Pottenhäußer billig anzordnen wäre &c. Als haben wir Dero Liebden folches zu dem End notificiren wollen, &c. daß Sie wegen obhabenden Erzkanzleramts, und Ihro über obbefigtes unser Kayserl. Postregal gehaltenen fleißigen Obacht und protection auch sich folcher bisher geklagten vielfältigen Excess Missbrauch und Unordnungen bei den Posten im Reich alles Fleißes erkundigen &c.

In hac rerum luce plura argumenta, exempli gratia, quæ ex jure, Cancellarias supremorum Imperii tribunalium visitandi, Electori Moguntino competente, atque aliunde adhuc deponere possent, conglomerae superfedeo, ne potius scribere quam demonstrare voluisse videri possem.

§. XXXI.

2) *Jus petendi relationes tam a generali postarum Magistro, quam a subofficialibus.*

*J*us inspectionis, siquid in suo ambitu comprehendat, certe etiam comprehendit jus, ab illis, qui inspectionis curæ subjecti sunt, relationes petendi, ut scilicet hac ratione perspici possit, num expedienda modo, quo decet, expediantur, & media, quæ obtinendo fini consentanea sunt, adhibeantur. Cum igitur evidens omnino sit, Eminentissimo Electori Moguntino jus inspectionis in postas Imperiales proprium esse, negari cum ratione ei haud potest a postarum Magistro generali non minus, quam ejus subofficialibus, relationes super statu instituti postalis petendi. Certe si ad Archicancellariatus muneris partes pertineat facultas postalas visitandi, ut ex hypo præcedente adparet, a potiori competit jus relations petendi, quippe quod inspectioni commissio minus onerosum est, quam ipsa visitatio, quæque non tam facile decerni solet ac relationum exactio.

F

Neque

Neque destituimus exemplis, queis & Electores Moguntini hafce relationes exegere, & supremus Postarum Magister generalis æque ac ejus Officiales ad eas faciendas obstrictos se agnovere. Sic ut alia sileam, Elector Moguntinus ANSELMUS CASIMIRUS 9 Januarii 1638 postarum Magistris francofurtenſi GERARDO Vrintz & colonienſi JOANNI ZUMBACH dicto Coosfeld mandavit, ut ipſi referant (a) Professionem obligationis Eminentissimo Electori Moguntino referendi fecit ipſe postarum per S. R. I. Magister generalis serenissimus Princeps de THURN & TAXIS in literis ad Eminentissimum Electorem Moguntinum de dato Brüſſel 20 Septembris A. 1694 scriptis; (b) & cum quoad Postarum submagistros res minorem patiatur difficultatem, litera a Postarum Magistro Hambugenſi JOANNE BAPTISTA Vrintz in TREUERFELD ad Eminentissimum Electorem Moguntinum 2. Februarii 1668 scriptæ (c) poterunt ſufficere.

(a) Hoc tenore: "Solches thun wir dir beigeſtigt in Abschrift gnädiglich communiciren, biemit befeblend, du uns darüber deinen vorderſamsten obvorgreiflichen Bericht, und Gutachten, wie du vermeint, daß etwan ſolches wohlangeſehenes Vorhaben am füglichſten zu Werk gerichtet werden könnte, geborsamt eröffnen und zu kommen laſſen wolleſt, maſſen wir dann deswegen dem Poſtmeiſter zu Köln Sc. hierüber ebenmäßig zugeſchrieben.

(b) In verbis: "Euer Churfürſtlichen Gnaden aber als Erzkanzler im heil. Römischen Reich die protektion deſſelben, wie ſie es auch zu allen Zeiten rümlichen erwiesen haben, zuſtehet, und ich als Käſtler. General Reichs Poſtmeiſter Pflichten halber Schuldig und gebalten bin ſeiner Käſtlerlichen Majellät und Euer Churfürſtlichen Gnaden von allem Sc. aller unterthänigste und ſchuldigſte Nachricht zu geben Sc.

(c) Ibi: Euer Churfürſtlichen Gnaden gnädigſtes Schreiben habe Sc. in geborsamſter Untertänigkeit wohl empfangen, und werde dem zu geborsamſter Folge mit der wöchentlichen Relation jederzeit beſter Möglichkeit nach unterthänigſt continuiren Sc.

§. XXXII.

3) *Jus circa augmentum consuetæ poſtarum taxæ*
 In clafsem jurium ex eminenti circa poſtas inspectionis jure promantum merito quoque referendum eſt *jus*, ne fine ejus præſciſt
 &


& consensu consuetæ postarum taxæ augeri valeant. Immoderatas postarum taxationes & exactiones semper S. R. I. Ordines ut rem saluti Imperii adversam merito indignabunde detestati sunt. Testantur id plurima legum Imperii fundamentalium loca, e. c. Instr. Pac. Osnabr. art. IX. §. I. (a) Capitulatio C. de A. 1690 art. XXIX §. 2. (b). Quoniam tamen leges Imperii certam & determinatam taxam non præfixere, neque etiam facile determinare potuere, cum pretia rerum, imprimis pabuli sustentandis equis necessarii maxime varient, salutis publicæ omnino interest, ut quis invigilet, ne ex parte una immoderatis postarum oneribus commerciorum usus impediatur, ex altera vero parte institutum postarum quod integrum servari universi Imperii interest (c) grave patiatur detrimentum, sed pro æqui & boni ratione res ita dirigitur, ut utrique fiat satis. Cum autem nemo sit, ad quem hæc cura magis quam ad Eminentissimum Electorem Moguntinum qua postarum protectorem, directorem & inspectorem spectet, naturalis omnino sequela est, jus, quando necessitas id exigit, in taxæ postalis consuetæ augmentum consentendi, ad Electorem Moguntinum pertinere. Hanc fori competentiam etiam agnovit postarum Magister generalis, ut probant literæ Electoris Moguntini JOANNIS SCHWIKARDI 2 Martii 1616 ad Lamoral L. B. de Taxis datae, (d) quibus jungi potest Promemoria de dato 12 Julii 1745 ministerio Moguntino exhibitum, cuius tenorem adjunctum sub N. 17 in extenso refert. Alia recentioris ævi documenta utpote publica & cuilibet nota studiose prætermitto.

(a) Immoderata postarum, omniaque iniustata onera & impedimenta, quibus commerciorum & navigationis usus deterior redditus est, penitus tollantur.

(b) Nicht weniger wollen wir den General Reichs Postmeister dahin halten, daß er seine Posten mit aller Nothdurft wohl versiehn, die geriene und richtige Briefbestellungen gegen billiges Postgeld, so in allen Posthäusern zu jedermanns guter Nachricht in offenen Druck beständig angeföhren sein sollen, ohneverweilich befördere, und also zu keiner fernern Klage und Einsehen mehr Ursache geben.

(c) Perillauer, der Selchow in Element. jur. publ. germ. §. 341,

(d) In verbis: "Wir haben Dein &c. unterthäufigstes Sucken sowohl wegen der Tax als &c. gnediglich vernommen, wollen uns der Tax halber dieser Tagen gegen dir in Gnaden zu reservieren unvergessen sein."



§. XXXIII.

4) *Varia alia jura.*

Multa adhuc alia supersunt jura, quæ juri inspectionis, si non essentialia, saltem naturalia sunt. Verum curis secundis, queis hanc meam dissertationem subjiciam, ubi nempe plus temporis supererit actorum hoc spectantium, qua non incongrue Cameli onus diei possum, volumina penitus scrutandi, hoc relinquam; transeunter tantum notando, quod hoc jus inspectionis involvat 1.) jus curandi, ut defectus instituti postalis, siqui hinc inde emergant, corrigantur, atque in prima origine sua radicitus deleantur, 2) examinandi ordinationes postales, num ita sint comparatae, ut fini ab Imperatore & Imperio intento in omnibus exakte respondeant: 3) Jus petendi, ut postarum Magister generalis, antequam circa Institutum postarum aliquid coram Imperio proponere intendit, prius ipsi communicet, prout ad hoc etiam se obligatum agnoscit, ac denique: 4) Jus invigilandi, ut a postarum Magistro generali ejusve subofficialibus nil omnino, quod legibus Imperii publicis præcipue Capitulationi Imperioriae novissimæ (a) refragatur, attenterit, ut proinde exteris postæ haud committantur, exemptionem ab oneribus realibus postarum officiales haud contendant, & generatim postæ probe & ut decet administrentur.

(a) Art XXIX §. 1. in' verlis: Keines Weys gestatten, daß Churfürsten, Fürsten, und Ständen in ihren Landen, und Gebieten, wo dergleichen Kaiserl. Postämter vorhanden und hergebracht solche Personen, welche keine Reichs Unterthanen seyndt, und deren Treue man nicht gesichert ist, angezetet, oder dieselbe außerhalb der Personalbefreiung von dem Betrag gemeiner Real Beschwerden eximirrt und befreiet werden. Item §. 2. Nicht weniger wollen wir den General Reichspostmeister dahin halten, daß er seine Posten mit aller Notdrufft wohl verfiehn, die getreue und richtige Briefstellungen gegen biligem Postgeld, so in allen Häusfern zu jedermanns guten Nachricht in offenem Druck beständig angeschlagen sein solle, obnverweiglich beförderen.

CAPUT

= = = = =

C A P U T V.

SISTENS JURA, QUÆ EMINENTISSIMO APCHIEPISCOPO PRINCIPI ELECTORI MOGUNTINO INTUITU POSTARUM IMPERIALIUM ALIUNDE, QUAM EX ARCHICANCELLARIATUS, PROTECTIONIS DIRECTIONIS ET INSPECTIONIS TITULO COMPETUNT.

§. XXXIV.

T r a n s i t i o .

Omnia quidem & singula, quæ eminentissimo Electori Moguntino intuitu postarum Imperialium jura competitunt, vel ex Archicancellariatu, vel ex protectionis, directionis aut inspectionis jure, tanquam titulis ex natura sua prope inexhaustis derivari possent, quoniam autem occasione horum jurium, nonnullis facultatibus gaudet, quæ vel ex his juribus simul sumtis, habito scilicet respectu protectionis, directionis & inspectionis admodum laboriose promanant, vel argumento magis naturali ex titulo quodam speciali ab his recensitis prorsus distincto, deducuntur, hinc adpositum magis mihi videbatur, potiora horum jurium, transmissis minus notabilibus, speciali capite delineare & quolibet ad fontem suum proximum & immediatum reducere.

§. XXXV.

Jus immunitatis a taxa literarum.

Varii circa hoc errores.

In matricula jurium huc pertinentium Principem sibi locum vindicat, *jus immunitatis a taxa literarum, non pro sua tantum per-*

persona, sed & consiliariis suis ac officialibus, omnibusque illis, quos hoc immunitatis beneficio beare placuerit. Hoc ut ostendam, praemonendum mihi videtur, a recta semita deviare illos, qui hoc jus immunitatis illo ex fonte derivant, quod LAMORAL BARO de TAXIS A. 1615 officio Magistri postarum generalis per S. R. I. ab Imperatore MATTHIA solenniter investitus, reversales dederit literas, (a) queis immunitatem hanc non tantum sacrae Cæsareae Majestati, sed etiam Eminentissimo Electori Moguntino, qua S. R. I. Archicancellario sponpondit. (b) Verum quidem est, vi hujus antigraphi seu reversalium a taxa cursoria pecunaria immunem declarari primo sacram cæsaream Majestatem, deinde Eminentissimum Electorem Moguntinum, qui qua Archicancellarius Imperatoris animum, sensum, dexteram & cor totum repræsentat (c); deinde Vicecancellarium, ac demum Consiliarios intimos & aulicos Imperatoris aliosque sic dictos (hohe Offiziere.) At hæc promissio in gratitudinem generalis postarum Magisterii titulo feudi concessi facta est, proinde unice sacram Cæsaream Majestatem respicit, reliquos tantum consecutive, inde intuitu Eminentissimi Electoris Moguntini eodem modo consideranda est, quo respectu Vicecancellarii, Consiliariorum intimorum reliquorumque officialium. Non ergo in computum hic venire possunt illæ prærogativæ, quæ Electori Moguntino eo ex titulo, quod ipsi simul molestum protectionis, directionis & inspectionis munus incumbat, omni jure debentur; deterior enim alias futura esset Archicancellarii quam Vicecancellarii, reliquorumque consiliariorum conditio, quippe qui hoc jure absque omni onere & unice sacrae cæsareae Majestatis intuitu gauderent, neque etiam jam verum esset dicere, hanc promissionem unice Imperatori in recognitionem feudi gratiosissime concessi factam fuisse. Utut igitur reversales istæ Eminentissimum Electorem Moguntinum ejusque officiales superiores ab omni literarum taxa immunem pronuntient, nil tamen obstat, quominus aliis ex titulis, qui Vicecancellario aliquis consiliariis intimis & aulicis non suffragantur, immunitatem magis extensam omni jure prætendere possit,

(a) Apud Schmauhu[m] in Corp. jur. publ. pag. 716 seq.

(b) In verbis: "Dass nehmlich ich und meine Erben, obaffenstes Reisengeneralpostmeister ampts halber, nach Ihrer Majestät und Derselben Nachkommen, Römischen Kaiser[n]

— — —

fern und Königern, meinen gehörigen Respekt und Aufsehen in alle Weeg auf den Hochwürdigsten Fürsten und Herrn Herrn Johann Schenckharden Erzbischöfen und Churfürsten zu Mainz, des heiligen römischen Reichs durch Germanien Erzkanzlern, meinen gnädigsten Herrn und desselben Nachkommen am Erzkanzleramt haben und halten &c. Daneben auch die von Ihrer Kaiserlichen Majestät verordneten Staffeuten, ohne Ihrer Majestät Entgeld fortzuführen, die an und von Ihren Kaiserlichen Majestät und Derselben Nachkommen am Reich, wie auch Ihrer Majestät und des Reichs, Erz- und Vicekanzlern, Geheimen und Reichs Hoff-Räthen, auch andere Dero hohen Officieren, abgehende Briefe, treulich und ohne Abforderung einiger Tax oder Briefgelds überliefern.

(c) Rutgerus Zur Horst, L. I. de Cancellariis Cap. I.

§. XXXVI.

C o n t i n u a t u r.

Nec magis arridet opinio eorum, qui immunitatem a taxa postarum, ad quam Electori Moguntino non tantum pro se sed & omnibus ijs, quos suos declarat, jus nullis circumscriptum limitibus competit, unice ad observantia decempedam dimitiri volunt. Oftendetur paulo post, Eminentissimo Electori Moguntino competere jus, pro suo arbitrio & beneplacito determinandi, quemnam a postarum taxa immunem esse velit. Tale jus, pro arbitrio statuendi, certe est jus meræ facultatis, ac proinde sicut non præscriptione, ita nec observantia quadam infringendum, aut imminuendum est. Demus etiam hunc vel illum, qui, eoque Eminentissimo Electori Moguntino a servitiis est, atque ex hoc solo capite immunitate a postarum taxa gaudet, hoc jus suum vel ex negligencia, vel ex amore pacis, atque ad evitandas postarum subofficialium injurias non urgere, an inde juribus Eminentissimi Electoris poterit inferri præjudicium? Permittamus, Eminentissimum Electorem Moguntinum hactenus ex specialibus rationibus nonuisse urgere immunitatem, ad quam urgendarum jus firmiter quæsumum habet, an poterit ei exceptio observantiae opponi? Nemo certe jurium peritia vel leviter tinctus id adfirmabit. Notorium enim est, ex eo, quod nondum aliquid factum, id plane fieri nefas esse, non recte colligi;

(a)



(a) Præterea certum est, summum robur observantiae a Vicissitudinibus reipublicæ pendere, cum quibus aut variatur, aut continuatur (b). Quodsi igitur Eminentissimi Elec[t]ores hinc inde concesserint honorarii loco quidquam postarum Magistris intuitu immunitatis solvi, aut immunitatem hinc & inde non userint, ut hac ratione Institutum postarum, ab initio non modicis sumptibus introductum, magis præmoveretur, an mutata rerum scena, non falso maneat jus, mutatis rerum circumstantiis ea exigendi, ad quæ postarum Magister generalis omni jure obligatus est? Certe si quis observantiae hic adscribi posset effectus, is unice ratione postarum Magistri generalis & contra illum, neutiquam intuitu Electoris Moguntini, utpote ad cuius arbitrium quoad immunitatem a taxa postarum omnia redeunt, operari posset. Nolo diutius his immorari, potius ad genuina principia, ex quibus immunitas a taxa postarum, quam Eminentissimus Elector Moguntinus jure prætendere potest, stabilienda, me accingo.

(a) Celeb. Jo. Stephan Pütter in *Instit. juris publici germ.* §. 45^a

(b) *Idem vir consuliſſimus l. c.* §. 45.

§. XXXVII.

Varii tituli immunitatis Moguntinæ a taxa Literarum.

Paradoxum quidem fateor, primo obtutu videri posset, me adstruere Eminentissimo Electori Moguntino jus immunitatis a taxâ literarum, non pro sua tantum persona, sed & consiliariis suis ac officialibus, omnibusque illis, quos hoc immunitatis beneficio bearre placuerit, competere. Verum mirari desinet, quisquis varietatem titulorum, ex quibus Eminentissimo Electori Moguntino hoc jus quæsumum est, attentius indagaverit. Triplex potissimum est fundamentum, cui hoc jus Electoris Moguntini innititur. Certum est, ut ex retro deductis adparet, Electori Moguntino pro sua per-

persona ex literis reversalibus, eadem ratione, qua S. R. I. Vicecancellario, & Consiliariis intimis ad immunitatem a taxa literarum jus quasitum esse. Negari porro haud potest, fere cuilibet Domino territoriali qua tali jam immunitatem a taxis saltem proipius persona lubenter relinquere. Cum autem Elector Moguntinus eadem jam in vim archiofficii Archicancellariatus gaudeat, justum est, ut ipsi qua Domino territoriali alio modo nempe mediante extensione immunitatis, aliqualis parificatio fiat. Notum præterea est, protectionem gratis non pæstari (a) præcipue, si cum inspectione & directione adeo laboriosa sit conjuncta, quæ cliens lucra prorsus immensa percipit, & protectori & directori, nil nisi quod onus est, relinquit. Certe si natura ad antidora obligati simus, ut recte philosophatur ULPIANUS, (b) obligatio postarum Magistri per S. R. J. generalis eo gravior est, quo magis gratitudo, ut supra §. 12. ostensum, eum Eminentissimo Electori Moguntino devinxit. Triplici igitur hoc fundamento probe pensato, omnis umbra paradoxi prorsus evanescet, dissipabitur,

(a) Goebel de *advocacia armata* pag. 8 & 44. Rechenberg de *advocatis & advocatis germanicis* pag. 49. Multz *Repræsentatio Majestatis Imperatoria* pag. 337. Cramér de *advocacia statuum Imperii armata* pag. 28. Von Zwierlein *Nebenhanden Tom. I.* pag. 251.

(b) Is L. 25, 1 §. 11, de hereditate potest;

§. XXXVIII.

Consiliarii & officiales moguntini in vim pacti jurati, a taxa immunes sunt.

Verum alia adhuc supersunt argumenta, quæ veritatis, quam defendo, testimonium perhibent luculentissimum. Quod Eminentissimus Elector Moguntinus pro sua persona & intuitu earum literarum, quæ ad eum, qua Archicancellarium pertirent, quæque negotia Imperii publica respiciunt, & ad Cancellariam comitialem vel imperialem aulicam, aut cameralem referenda sunt, vel ad dictaturam

turam comitialem mittuntur, eo fine ut statibus communicentur,
 a taxa postarum prorsus immunis sit, ex ipsis adeo reversalibus
 Magistri postarum generalis sacræ Cesareæ Majestati datis, ex deductis
 innotescit, & ita certum est, ut oleum & operam perderet, quis-
 quis überius hoc illustrare conaretur, præcipue cum literæ in-
 friturae probent, postarum magisterium generale non nisi sub hac
 conditione in feudum concessum esse, in verbis: Inmaßen er sich
 dann auch gegen uns etlicher Anhäng- und Conditionen wegen, gegen
 deren Vollziehung und Haltung ihm ob bemelte Bewilligung und
 Verleihung ertheilet worden ist, durch einen absonderlichen Brief
 reversirt und verschrieben hat. Quod autem Electoris Moguntini
 Consiliarii & officiales (Dienere) immunitate a taxa postarum gau-
 deant, adjuncta sub No 4. (b): & denique sub No 5. luce meridiana
 clarius comprobant. Quis ergo rebus ita stantibus opus est discep-
 tare, an Professores & consiliorum Universitatis Moguntinæ, judicii
 civici, & Comissariatum Adseffores, quippe qui judiciorum horum
 Consiliarii sunt, immunitate a taxa postarum gaudere? Si omnis
 judiciorum adseffor ejusdem judiciorum Consiliarius sit, ni dicere velis, Adseffores
 judiciorum Cameræ Imp. dignitate Consiliariorum non frui, & Consiliarii
 judiciorum aulicorum moguntini, qui olim Adseffores vocabantur, eadem
 qua nunc dignitate haud fuisse gavisos, fatearis etiam necesse est, hos
 immunitate a postarum taxa gaudere, vel nomen Adsefforis, si plus in
 nomine quam in re detegi velit, in denominationem Adsefforis esse
 immutandum. Ast quid opus ratiociniis ejusmodi, ubi evidens est,
 omnes Consiliarios & quicunque Eminentissimum Electori Moguntino
 sunt a servitiis (Räthe und Diener) immunitate hac ex pacto
 jurejurando solemniter confirmato gaudere? Cessat proinde etiam omnis
 questio intuitu omnium Consiliariorum titularium, vel enim hi sunt in
 officio quodam Eminentissimi Electoris moguntini constituti, vel non;
 si unum, certum est, eos ipso jure & ex sola qualitate officii immu-
 nitatem gaudere; si 2dum, immunitate hac gaudebunt, si rescripto
 Eminentissimi Electoris Moguntini, quippe ad quem, ut infra de-
 monstrabitur, jus pertinet, quemcumque pro arbitrio a taxa libe-
 randi, se ratione concessæ immunitatis legitimare possint.

- (a) In verbis: "Dass er alle Ihrer Churfürstl. Gnaden, Dero selben Räthe und Diener Brief auf allen Kaiserlichen Leipziger und Nürnberger Posten ohne Entrichtung einig Postgelds, sicher und vertraulich hin und her bestellen &c.
- (b) Ibi: Dero selben Räth und Diener Brief allzeit auf allen Kayserlichen, Leipziger und Nürnberger, und anderen Posten ohne Entrichtung einiges Postgelds &c.
- (c) Ibi. Dem Juramento gemäss so woll Ihrer Churfürstl. Gnaden, als auch Dero Räth und Diener Pagget und Briefe frey und ohne einig Postgeld stetig, und aufrichtig vorzubehalten.

§. XXXIX.

Hec immunitas est prorsus illimitata.

Atque haec immunitas pacto jurejurando solemniter confirmato stipulata, nulla omnino restrictione est limitata, neque tantum ad meras Epistolas, sed etiam falsces (Paquette) telle adjuncto sub N. 5 & novellis, vi adjunctorum sub No. III verbis expressis est extensa. Cum igitur verba pacti prorsus sint generalia & ex primis artis hermeneuticæ regulis certum sit, verba generalia etiam generaliter esse explicanda, cavillatio potius, quam genuina interpretatio foret, si quis hanc immunitatem unice ad Epistolas sic dictas missivas, aut tantum ad eas, quas unice immediate & directe ipsius Eminentissimi Principis Electoris negotia concernunt, siquidem favor immunitatis personæ, non vero causa datus sit, aut precise ad casum, si immunis in ordinario domicilio suo commoretur, nequitiam autem, si extra illud degat, cum tamen planum sit, qualitatem subjectum suum comitari, ubicunque illud sit, restringere vel le auderet. Magis adhuc violaretur fidei juratae vinculum, si propter literas, quas immunis ad non immunem & viceversa scribit, a non immuni taxa exposci vellet; hac enim ratione haec tam solemniter stipulata immunitas, ad merum ens fictitium rediret, in

casu tantum rarissimo applicari posset, & immunis per indirectum suò hoc beneficio frustraretur, siquidem non immunis, ad quem literas dedit, vel qui eas scripsit, hanc taxam ei in computum referret, ejusque refusione jure exposceret. Certe Germanorum probatus candor & fidei simplicitas ejusmodi sophismata abominatur. Dignum proinde gravissima animadversione facinus foret, si postarum officiales ad aucupandum iniquum lucrum ejusmodi literalia postea equestri commissa, postarum curribus committere vellent, transmissione enim, quod immunitas a taxa literalium non immutetur, sive per postam equitantem, sive currum transportentur, graviter in eo adhuc peccarent, quod eadem celeritate per currum transmissionem non expedirent, qua per postas equestres expedienda est. Eadem ratione reprehendendum esset, si postarum officiales renuerent, acceptare literas, quibus iū, qui immunitate fruuntur, vocabulo *Postfrei* inscriperunt. Rem quamlibet proprio suo nomine compellare, uti æquum, ita & justum est. Quodsi igitur ejusmodi literæ a taxa immunes sint, etiam hac nota characteristica, ne fors in fraudem immunitatis aliquid fiat, designari possunt. Notam proinde suspicionis non effageret, quisquis literas hoc vocabulo insignitas rejicere præsumeret.

§. XL.

Ab arbitrio Moguntini dependet, determinare, quosnam immunes esse velit.

Demonstravi, Consiliarios & quoscunque, qui Eminentissimo Electori Moguntino a servitiis sunt, ab omni postarum taxa prorsus liberos & immunes esse. Restat adhuc, ut evincam, omnes illos

illos, quos Eminentissimus Elector Moguntinus immunes declarare e re sua esse duxerit, iithoc immunitatis beneficio gaudere. Prætendit semper & jam antequam ad Magistrum postarum generalem posta Imperiales titulo feudi pervenerant, Eminentissimus Elector Moguntinus, eos a taxa postarum immunes esse, quos ipse tales declaravit. Huic prætentioni postarum Magister generalis non tantum adquievit, sed potius semper ad Arbitrium Em*m* Elektoris Moguntini etiam novioribus temporibus, quando super hac immunitate quæfio oriebatur, expresse provocavit; adeo itaque consensus ex utraque parte, sive numeris omnibus absoluta conventio, illum immunem habendum esse, quem Elector Moguntinus talem declaravit. Cum quoad juris principia hic nihil dubii moveri possit, facta tantum a me probanda sunt. Seligam ex serie eorum numerosa tantum nonnulla, & evictum erit, quod evincere mihi proposui Objurgaverat toties jam laudatus immortalis memoria Princeps Elector JOANNES SCHWIKARDUS posta administratori Kleinhufano JOANNI PANTULEONI ALT, in literis ad eum 20 Octobris A. 1612 datis, quod peteret taxas postales ab iis, a quibus tamen de jure petendæ non sunt (a); responfionis loco DE TAXIS in literis II Januarii 1613 petiit, ut Eminentissimus Elector dignaretur designare eos, quorum literas immunes esse velit (b), acceptavit hoc Eminentissimus Elector testibus literis ad OCTAVIUM DE TAXIS 15 Januarii 1613 scriptis, eique NB. INTERMISTICE denominavit, quosnam pro nunc certis ex causis immunes esse velit (c), in quorum classem varios jurium Licentiatos & Doctores retulit (d). Cum igitur hac ratione de facto constet, juris adPLICatio sponte sua sequitur. Idem hoc jus pro suo arbitrio determinandi quemnam a postarum taxa immunem esse velit, exercuit Elector Moguntinus ANSELMUS CASIMIRUS, prout id ejus litera ad viduatam Comitissam de TAXIS 13. May 1637 datae sub N. 18. adpositæ comprobant. Nec minus infrequentibus etiam temporibus hoc jus Electori Moguntino pro arbitrio immunitatem a postarum taxa determinandi ex parte Magistri postarum generalis agnatum est. Probant id Literæ sub N. 19 & 20 adjacentes, quibus accedunt literæ a serenissimo

Principe ALEXANDRO DE THURN ET TAXIS ad Eminentissimum
Electorem Moguntinum de dato Regensburg 28 Januarii 1766
(e) datae, quibus plures addere supersedeo, contentus hoc jus
Eminentissimi Electoris Moguntini pro arbitrio determinandi,
quosnam a postarum taxa immunes esse velit, ex serie tempo-
rum continua deduxisse.

(a) In verbis: "Wir werden von uns zu Speier angefessenen Räthen, Advocaten und
Procuratoren des Käyserl. Cammergerichts berichtet, welcher gestalt neuerlichen Tagen,
als Sie theils zu Uns, theils an unsere Hofwache, Protocolisten &c. und andern Offi-
cier unterschiedliche Schreiben und Brief abgeben lassen, daß derselben jetzt berührte
Schreiber und Paget Brief anzunehmen und fortzuschicken ohne vorvergebende Erstat-
tung des gewöhnlichen Postgelds sich verweigert &c., wenn uns dann obnennust, was
dich und deine Beschäftigungen hierzu bewogen haben mögen &c. als haben wir keinen
Umgang nehmen mögen; solches bei Dir zu erinnern, gnädiglich gesindend, du wol-
lest &c. die Verfassung thun, daß diejenige Briefe, welche an uns, unsere Räthe
und Officiern halten &c. gleichwie hierbevor geschehen; als auch jetzt jedermahl obn-
feßbar verfaßt werden &c."

(b) So bitte Euer Churfürstliche Gnaden &c. mich gnädig berichten zu lassen, welche die-
jenige sein, die ich von Euer Churfürstlichen Gnaden wegen soll frey passiren lassen &c.

(c) Damit da aber nichts desto weniger Wissenschaft haben mögest, was vor Personen
uns vor dismal mit Rathaffichten und andern Verwandtnissen zugethan,
und die wir in Ansburg derselben der Post halben exempt und gefreit haben wollen,
als thut wir dir hieley derwegen eine Designation überzschicken, darnach sich gemeldter
Postverwalter inskönigig zu richten.

(d) E. c. Licentiatum Schwindt, Doctorem Merkelbach, Itam Streit, doß.
Kehlein, doß. Pistorius &c.

(e) In verbis: "Diesem kann nicht wohl besser, als dadurch gesetzen werden, daß Eure
Gnaden Dero höchste Erklärung und namentliche Bestimmung, welche den Freibau
für ein in beschränkt oder unbeschränkter Maß zu geniessen haben sollen, mir zu er-
kennen

kennen zu geben gnädig belieben wollten, damit solche Dero zu verebrende Willensmeinung zur Rücksicht gesetzt, und so nach die mir untergebene Kayserliche Ober- und Postämter angewiesen werden könmen &c.

§. XLI.

*Etiā viduæ & pupilli patris immunis,
immunes sunt.*

Quodsi igitur ex hisce evidens est, ab arbitrio Eminentissimi Elec-toris dependere, quemnam a taxa postarum immunem esse velit, otiosa evadit quæstio, num hæc immunitas Confiliariorum & Offi-cialium Moguntinorum etiam iis mortuis ad eorum viduas & or-phanois pertineat? Declaravit jam sepius Em̄m̄us Elector Mogun-tinus, se omnino velle, personas hæc omni favore dignas, in quibus merita mariti aut parentis adhucdum vivunt, immunitate gaudere, ceu docent inter alias literæ de dato Mainz 3. Octobr. 1740 & 3 Novembr. ejusdem anni (a); hanc immunitatem etiam ipsis suis factis justam & æquam agnovit S. R. I. Magister postarum genera-lis, ut ex non interrupto hujus immunitatis usu a viduis & pupi-lis hactenus exercito innotescit. Proinde opus haud est, ex prin-cipiis juris communis deducere, jura & prærogativas mariti rema-nere penes ejus viduam & pupilos, atque hic neutiquam de favo-re quodam personalissimo, sed personali, quippe qui etiam ad fa-miliam extenditur, quæstionem esse.

(a) In verbis: "Solchenmache versehen sich lüchsigedachte Iero Churfürstliche Gnaden als Prostètor postarum im heil. römisch. Reich zu einem jeden dessen lüblich Kaiserlich und Reichspostämter gnädigst, man wärde obged. Frau Wittib, die Derselben gebü-vende Postfreiheit nicht ferner schmäleren, weniger aber einzuziehen wollen &c."

§. XLII.



§. XLII.

C o n c l u s i o .

Varia alia adhuc supersunt jura Em^{mo} Electori Moguntino tam titulo protectionis, directionis & inspectionis simul & in concreto spectatæ, quam aliunde e. c. ex observantia aut jure reverentia competentia, quo referri posset, quod literæ Em^{mi} Electoris non deferantur ad postas, sed a postis accipi, earumque expeditio in Cancellaria expectari debeat: porro quod postarum Ministri in officio suo criminaliter delinquentes ab Em^{mo} Moguntino sint puniendi, prout id revera factum esse compluribus exemplis probari potest, & quæ sunt similia &c. Verum cum per uberiorem horum deductionem, dum dissertationem institui, tractatus exiret, filium abrumpo, solenniter declarans, me cuncta hæc, mea ex privata sententia conscripsisse, probe perspiciens, vires juris studioſi excedere, ea rimari, quæ in sanctioribus Principum consiliis agitantur, quæque tempore & experientia tantum edoceri possumus. Amice monenti, quæ circa has laborum meorum primitias monenda sunt, debita observantia, carpenti autem Zoilo, siquidem supplex mea, qua hac in materia instructus sum, necdum exhausta sit, modo, quo par est, respondebo.

F I N I S.



AD.

ADJUNCTA DISSERTATIONIS.

No. I.

Extrakt eines Schreibens von Thurfürst Georg Friederich
an Kaiserl. Majestät vom 14ten Octobris.

Dan ob mir wohl nicht unbewußt, daß der von Taxis das General Postwesen von E. Roiß Mantt, undt dem Heil. Reich zu leben träge, so werden iedoch dieselbe dabey verhoffentlich in Allerndigster Consideration haben, daß solch Amt, Alß ein pertinenz der Reichs Cantzley zu einem anvertrauten Erz Cancellariat Amt ges hōrig, Vnd daß darumb diek. von Taxis ahn einen regirenden Thurfürsten zu Mānck, Alß Erhcanzlern Directoren vndt proctorenn Über daß Postwesen verwiesen worden, auch pilling ist, das vñiger mir nicht weniger Alß sein Vatter schlger meiner negisten Vorfahren am Erz Stieffe Weyland Erhischouen undt Thurfürsten Johann Schweikharden Christschlagen Andenkens ic gehan, das über seine schuldige pflicht laiste Undt erstatte, deme Er aber bieß dato nicht allein nicht nachkommen, sonder vonn seiner schuldigkeit so weit abgewichen, daß Er auch mehreberüten Post Maister zugemuthet sich seiner gegen mir habenden obligation genlich zuentschlagen, so Vnderstehet Er auch ohne mein Vorwissen, und mit mir gepflogene Communication, die Post Aembter hin und Wieder ihm Reich seines gefallens zubefstellen, daraus aber erholgt, daß wegen nicht richtiger bestellung der Brieff bereits Allerhand Elagen einkommen, auch wohl zu beforgen, daß bey vorstehender Veränderung des Post Amts zu Frankfurth Wann keine andere Offsicht, darbey es ohne Confusion wie berentes die wenige Zeit, wo er sich zu Frankfurt des Postwesens vndtersangen, zimblich verspūht worden, auch nicht abgehen werde, derhalben eine unvermeidliche notdurft sein würdt, Wann andersi daß Postwesen in seinem richtigen gangt, Vnd solch an meinem tragen den Cancellariat Amt Uverachtheit pleiben solle, das offig, Taxis nicht allein vor sich selbsten in meiner verPficha

H t u n g

tung stehn, sondern auch dahin angewiesen werde, die Bestellung der Post Aemter ihm Hl. Reich nit also seines gefallens, Und ohne mein Vorwissen anzuordnen, sonnder ieder Zeit mit mir daraus zuvor zu communiciren, mit meinem Vorbewußt hserinn zue verfahren, Und den schulbigen respect zu Euer Kays. Manc. undt des heyligen Reichs Erz Cancellariat, deme Er Wie alle andere Cansleyofcier Undterworffen, besser in acht zunemen ic. Euer Kaysel. Mannt. damit ic. Datum Aschaffenburg in M. St. Johansburg den 14 Decemb. ic.

E. Kaysel. Maytt.

Ahr die Rom. Kays. Maytt.

Georg Friedr.ich.

AG. II.

Matthias von Gottes genaden Erwölter Römischer Kaiser zu allen Zeitten Mehrer des Reichs.

Ehrwürdiger lieber Neue und Churfürst; Aus nebenstlegendem des Edle vnnuers und des Reichs lieben gereuen Lamoral von Taxis Freyherrn Generalphostmeisters im Reich und Niederlanden, unterthänigstem Supplicien, hat D. L zu vernemmen, Welchenmassen bey Uns Er umb Erblieche bewillig und verleihung der Reichspost, welche seine Voreltern vor vil hundert Jahren hero possedit gehorsamst angehuecht und gebetten.

Ob wol Uns nur ersgenantes von Taxis, und dessen Voreltern angeogene, gegen dem heyligen Reich, und unserm löblichen Haßt Oesterreich, von vilen Jahren erwissene angenemb, getrew, willig und unverdrossne Dienst zum thail nicht unbekannt. Doch weyl vorangedeuttes underthänigste suchen an sich selber ein grosse wichtigkeit auf sich tregt, und wir D. L als des heyligen Reichs durch Germanien Erz Cansler deine obenangeregtes Reichspost es enghengig, vor allen Dingen darüber zu vernemmen für ein nochdurft erachten, So gesynnen und begeren Wir an D. L hicmit Freundl. und gne-

ghediglich, Sy wolle Unns deßhalben Iren Bericht unnd Guechten, ob, oder wie weit obbesagtem Lamoral von Taris in beruert seinem begeren zu willfahren sein möchte, oder nicht, mit chistem eröffnen, und zukommen lassen, uns darauf nach befindung gegen Ihme desto bas und gewisser zu resoluiren habend.

Das reicht uns von D. L. zu angenemen gefallen, dero Wir mit Freundschaft, Kans. gnaden, und allem gretten voruers wol zugehan vnd geneigt seindt, Geben auf unserm Schloß zu Lynz den zw lsten Aug. Anno Sechzehnhundert vier. chen, vñserer Reiche des Römischen im Dritten, des Hungerschen im Sechsten, vnd des Bohembischen im Vierter,

Matthias

v. Ulm.

Ad mandatum Sacrae Cæs. Majestatis proprium.

IN S C R I P T I O.

Dem Chrwürdigen, Johann Schweicharden Erz Bischouen zu Mainz, des heiligen Römischen Reichs durch Germanien Erz Cantzler, vñserm lieben Neuen uund Churfürsten.

No. III.

Extractus Protocolli de dato Aschaffenburg den 4ten qbris 1615.

Demnach ist mit belieben und bewilligung des Hochwürdigsten Fürsten und Heern, Herrn Johann Schweicharden, Erzbischöffen zu Mainz und Churfürsten als des heiligen Römischen Reichs durch Germanien Erzkanzlers ic. durch den Herrn General Postmeistern Lamorals von Taris Freyherren zu einem Postverwalter zu Frankfort Johann von der Birgden an Johanns Georg Sulkensstadt us und angenommen worden und er sich heut dato bei ihrer Churf. gnaden angeben lassen, haben Dieselben Ihnen zu Dero Rath und Viceordönnen alhie den Wollen Gestrenge und Besten Wilhelm Ferdinand von Bassen verwies

H 2

hen,

hen, deme auf Ihre Churfürstl. Gnaden gnädigsten Bevelch durch S-
gestr. mit was angelegtem fleiß er die neue angeordnete und andere Kai-
serliche Posten verischen solle eingebunden und dabei angezeigt worden ic.
dass er alle Ihrer Churfürstlichen Gnaden dero sel-
ben Räthe und Dienere Brieff allezeit usf allen Kaiserlichen
Leipziger und Nürnberger Posten ohne entrichtung einiges Postgelds sicher
und verwahrliech hin und her bestellen, damit getreulich und behutsamlich
umbgehen, auch die Zeitungen wochentlich von allen Or-
ten wie sie einkommen, völlig unpartenisch und ohne einigen
Respect fleißig überschicken und darüber Ihrer Churfürstli-
chen Gnaden sonderbare beaydigkt und verpflicht sein
solle, welches alles gemeldter Postmeister Johann von der Virgden-
embstags fleiß zu verrichten sich erpotten, um darüber anstaße höchstedach-
ter Ihre Churfürstliche Gnaden wolgemeltem Dero Rath und Vicedom-
ben aliae Wilh. I. Ferdinand von Uffen in dem Amtshaus in meinem
Beywochen nach von sich gegebener Handtreue ein leib-
sichen Aydt zu Gott und dem heiligen Evangelio ges-
ch woren ic. So geschehen zu Aschaffenburg den 4 Novemb. A. 1615.

Folk Mainzisch Bottenmeister.

No. IV.

Extractus protocolli.

Anno 1628 II. Merk hat inhalt dieser Formul Gerhardt Brink albie
zu Aschaffenburg, in der kleinen Rathstuben beywesen Ihrer Gn. H.
Dommissengers, Hrn. Canzlers, Hrn. Vitzthums und meiner, zu dem
neuangedretinem Postamt zu Frankfurth, pvia manuali fide
den leiblichen Aydt wirklich erstat und abgelegt, was
sonsten dieses und anderes halben, selbiger Morgens zuvor der Genera-
lpostmeister Graff von Tassis durch seinen Abgeordneten Dr. Schlecht, so
diesem aktui mit beigewohnt für und anpringen lassen, würdt Sic. Dappe-
sich als der dabei allein gewesen, ussgezeichnet haben.

J. A. Well.

No. V.

Nc. V.

Extractus protocolli de dato Aschaffenburg den 11ten Martii 1628.

